NUMI MUHAMMEDANI,

QUI IN

ACADEMIAE IMPERIALIS SCIENTIARUM PETROPOLITANAE

MUSEO ASIATICO

ASSERVANTUR.

AUSPICIIS ACADEMICIS

DIGESSIT, INTERPRETATUS EST, PROLEGOMENIS ET COMMENTARIO PALAEOGRAPHICO - PHILOLOGICO - HISTORICO ILLUSTRAVIT, ADDITISQUE NOTABILIORUM TABULIS AENEIS

EDIDIT

CHRISTIANUS MARTINUS FRAEHN,

THEOL. ATQUE PHILOS. DOCTOR ET LL. AA. MAGISTER, AUG. IMPERAT. OMN. RUSS. A CONSILIIS STATUS, ORDD. ST. WLADIMIRI CL. III. ET ST. ANNAE CL. II. EQUES, ACADEMIAE IMP. SCIENT. PETROP. SODALIS ORDIN. ANTIQUITATIB. OO. INTERPRETANDIS OPERANS, EJUSDEMQUE ACAD. MUSEI ASIAT. DIRECTOR ET BIBLIOTHECAE PRAEFECTUS PRIMARIUS, ITEMQUE BIBLIOTHECAE IMP. PUBL. BIBLIOTHECARIUS HONOR., ACADEMIIS REGG. INSCRIPT. ET LITT. ELEGANT. PARISIENSI, LITT. HUM. HISTOR. ET ANTIQ. STOCKHOLMIENSI, SCIENT. LISBONENSI ATQUE TAURINENSI, SOCIETATIBUS REG. SCIENT. HAFNIENSI, ET ASIATICIS PARISIENSI, CALCUTTENSI ET LONDINENSI, NEC NON UNIVERSITATI IMP. LITT. KASANENSI, ET SOCIETATIBUS HISTOR. ET ANTIQ. RUSS., IT. NAT. CUR. MOSQUENSIBUS, LITT. ATQ. ART. CURONENSI ET MINERAL. PETROPOLITANAE, ALIIS ALIO TITULO, ADSCRIPTUS.

TOMUS I.

RECENSIONEM OMNIUM MUSEI ASIAT. NUMOR. MUHAMMEDANORUM

SEU

TITULOS EORUM INTERPRETATIONE AUCTOS

CONTINENS.

PETROPOLI, MDCCCXXVI.

LITTERIS ACADEMICIS.

CH. M. FRAEHNII

RECENSIO NUMORUM MUHAMMEDANORUM

ACADEMIAE IMP. SCIENT. PETROPOLITANAE

INTER

PRIMA ACADEMIAE IMP. SAECULARIA

EDITA

PETROPOLI MDCCCXXVI

LITTERIS ACADEMICIS

Conventus academici jussu.

P. H. Fuss,
Academiæ perpetuo a secretis.

VIRO ILLUSTRISSIMO ET EXCELLENTISSIMO,

ACADEMIAE IMPERIALIS SCIENTIARUM PETROPOLITANAE

PRAESIDI MERITISSIMO,

SERGIO SIMEONIDAE OUWAROWIO

AUG. IMPERAT. OMN. RUSS. AB INTERIORIBUS CONSILIIS, SENATORI,
ORDINUM ST. ANNAE CL. I. ET ST. WLADIMIRI CL. II. EQUITI
MAGNA CRUCE INSIGNITO,
PHILOSOPHIAE DOCTORI, ACADEMIIS REGIIS INSCRIPTIONUM ET LITT. ELEGANT.
PARISIENSI ET HISTORIARUM MADRITENSI, SOCIETATIBUS REGG. SCIENT. GOETTINGENSI
ET HAFNIENSI, SOCIETATI ASIATICAE PARISIENSI, NEC NON COMPLURIBUS
UNIVERSITATIBUS ET SOCIETATIBUS LITTERARIIS IN RUSSIA FLORENTIBUS
HONORIS CAUSSA ADSCRIPTO,

VIRO NATO IN HANC IMMORTALEM LAUDEM,
UT
LITTERARUM ORIENTALIUM ANTEA IN RUSSIA JACENTIUM
VINDEX ESSET ATQUE STATOR,

HOC,

QUO DITISSIMUS NUMORUM ORIENTALIUM APPARATUS,
IPSIUS AUSPICIIS MIRUM IN MODUM AUCTUS,
PANDITUR INQUE USUM PUBLICUM PROFERTUR,
OPUS OPEROSUM

QUA PAR EST PIETATE ET OBSERVANTIA

SACRUM ESSE VOLUIT

AUCTOR.

PROOEMIUM.

Primae hujus operis Parti praefaturus video me nactum campum esse, in quem exspatiari late, in quo exsultare laete possim. Atque sane animus mihi erat, hoc loco non solum exponere, quae ad hujus apparatûs numarii historiam et dignitatem meaeque operae in eo digerendo et describendo positae caussam et rationem spectant, sed praeterea disserere de studii rei nnmismaticae Muhammedanae fatis, item de iis, quae novissimis quidem annis ad prolatandos ejus fines gesta sunt et quae etiamnunc desiderantur, porro de numophylaciis Orientalibus, quae vel jam patefacta universis sunt vel adhuc patefacienda, denique et de usu et praestantiâ numismatum Muhammedanorum. At jam potius visum est, ad priora tantum praefationem hanc referre, reliquis ad Partis secundae prolegomena reservatis.

Quae in Museo Academiae Imp. Scientiarum Petropolitanae, quo tempore mihi aperiebatur, latebant, numorum Muhammedanorum copiae quando et a quibus comparatae sint, certa indicia deesse doleo. Videntur tamen earum initia, si non ab remotiore, certe a Petri Magni memoriâ repetenda

esse. Hunc Imperatorem maximum scimus operam quam quis potest maximam in id contulisse, ut, expulsis ignorantiae et superstitionis erroribus, civium suorum mores conformaret, animos fingeret, ingenia excoleret. Eâ mente id etiam curae habuit, ut tum librorum, tum rerum omnis generis rariorum et cognitu dignarum, sive naturalium, sive artificiosarum, sive antiquariarum suppellectilem conquireret et publico in metropoli recens conditâ proponeret; veluti rerum maxime naturalium apparatus Sebanum, Gottwaldianum, Ruyschianum (aa. MDCCXVI sqq.), et numophylacium Ludersianum (a. MDCCXX), alia ut taceam, magno aere in terris exteris comparari in civium suorum usum jussit. Eâdem mente et ad res antiquas veterumque temporum monumenta, quae in ipsius regno vastissimo passim offeruntur, colligenda conservandaque animum advertit; id quod inter alia tum ex eo patet, quod in iis, quae Messerschmidtio Sibiriam obeunti (a. MDCCXIX), ut curae cordique haberet indagare et conquirere, praescribebantur, omne genus rerum antiquarum nominatim indicatum erat, tum ex ipsius Imperatoris edictis, quorum altero (a. MDCCXXI) Princeps Tscherkasky, Sibiriae summus praeses, quidquid rerum pretiosarum aliarumque notatu dignarum vel ex sepulchris erueretur vel alias illis in oris inveniretur, coëmere et Petropolin transmittere, altero (a. MDCCXXII) praeses provinciae Kasanensis tam monumenta Bulghariae urbis ad Wolgam quondam florentissimae reficere et sarta tecta servare, quam epitaphia, quae ibidem ex antiquis temporibus exstant, Tatarica et Armeniaca describenda curare jube-

batur. Quem tali modo, inter medios bellorum tumultus et gravissimas reipublicae curas, etiam ad venerandae antiquitatis monumenta cogitationes intendisse admiramur, eundem ut monumenta numaria putemus neglexisse, quae ex dominatione Mongolorum atque antiquiore etiam tempore reliqua solum patriae fodientibus nunquam non offerri solent, aliosque numos Orientales, quorum copiam vel bella vel commercia vel quae aliae cum Asiâ Russiae intercedunt caussae faciunt? Atque profecto qui in Museo academico, quo tempore mihi patere coepit, exstabant antiquiores quidem numi, eos plerosque tales deprehendebam esse, quales hodiedum e terrarum Russicarum latebris passim eruuntur, Chalificos dico et maxime Samanidicos et Dschudschidicos, qui autem recentioris aevi erant, Indicos fere, Turcicos et Persicos; et Persici quidem quum annum, qui optimo Imperatori fatalis exstitit, non excederent ideoque ab ipso collecti atque conservati esse videantur, quidni et reliquorum, qui illo tempore aderant, maximam partem Ejusdem potissimum curae deberi conjiciamus? Et quid? nonne paucis post summi Imperatoris decessum annis Kehrium e Germaniâ videmus vocatum eo praesertim consilio, thesauros numismatum Orientalium academicos ut ordinaret explicaretque? cujus ex commentariolis superstitibus, quam insignis jam tunc temporis apparatus hic academicus fuerit, intelligere licet. Huic non ita multo post haud contemnenda accessio contigit ex Museis Bruceano, Mussin - Puschkiniano et Ostermanniano. Postero autem tempore, quaenam et unde maxime eidem allata sint incrementa, dicere non habeo, quam-

quam partem eorum haud exiguam Academicis Petropolitanis saeculo praeterlapso Russiam peragrantibus acceptam referendam esse opinor. At quid multa? omnis numerus numorum Muhammedanorum, qui a. MDCCCXVII in Museo Academiae Imp. Scientiarum conditi erant, undeviginti admodum millia et octingenta explebat *).

Has ego spectans immensas copias, quum eas examinandi digerendique et describendi curam mihi, urbe Kasani relictâ Rostochium repetenti et Petropolin transeunti, Academia Imp. Scientiarum auctore et suasore ill. Krugio, nunc collegâ mihi conjunctissimo, aestate dicti anni MDCCCXVII commisisset, maximàm earum partem rudem indigestamque molem deprehendi. Kehrius quidem, qui a. MDCCXXXI commendante C. F. Muellero, non tam ad LL. OO. in Collegio Imp. caussarum externarum docendas quam ad numos OO. in Museo academico asservatos interpretandos, Lipsiâ Petropolin vocatus fuerat, haud contemnendum eorum numerum vel fortasse totum, qualis ipsius aetate erat, apparatum suo modo illustraverat, singulos chartulis involvendo, quibus principum, urbium annorumque notatio ab ipso inscripta continebatur **). Verum haec ejus cura ne

---

*) Igitur minus cognitam hanc rem habuit b. Bacmeister, scribens: „Le nombre de ces monnoies va audelà de 8000.“ v. *Essai sur la Bibliothéque et le Cabinet de Curiosités* &c. in fin.

**) Has suas explicationes Kehrius etiam in librum contulit. Eum ego a. 1822 Mosquae in Tabulario Collegii Imp. caussar. ext. unâ cum aliis commentariolis Kehrii

ad tertiam quidem eorum, quos ego in Museo deprehendebam, numorum partem pertinuerat, ceteris omni explicatione nudis relictis et confusis perturbatisque jacentibus *). Quae quum ita essent et quum Kehrium in illis numis explicandis definiundisque saepissime graviter peccavisse **) animadvertissem, equidem interpretationum Kehrianarum nullam habens rationem, avulsis et abjectis numorum involucris, in unum cumulum conjectos numos meo more digerere aggressus sum.

---

manu scriptis deprehendebam. Volumen hoc formae maximae sitne unum idemque cum eo, quod Bueschingius a. 1750 a semet in ipsâ Bibliothecâ Acad. I. Scient. Petrop. visum esse ait (v. *Beyträge zu den Lebensbeschr. denkwürd. Männer* T. III. p. 23) et de quo etiam ven. Busse a. 1817 mihi narravit, an hujus apographon, in medio relinquere cogor. Bueschingius quidem miratus est, cur ejus libri mpti a Bacmeistero in *Essai* &c. nulla mentio facta sit. Caussa haud dubie haec est, quod tempore Bacmeisteri jam in Bibliothecâ acad. desideraretur. Et ipse, a. 1819 huic Bibliothecae administrandae admotus, ejusdem libri vestigia vel indicia frustra quaesivi admirabundus. Id autem Mosquae intellexi, quod ibi servatur volumen fere non continere nisi eadem ipsa, quae numorum involucris a Kehrio inscripta deprehenderam; unde non esse videtur, quod Academia ejus jacturam moleste ferat. Vid. me etiam in *Leipzig. Litterat. Zeitung* 1822. N° 321.

*) Exstat compendium Indicis numorum OO. academicorum a Kehrio explicitorum in *Musei Imperialis Petropolitani*, libri rarissimi, (Petrop. 1742-5) Vol. II. Part. III. pp. 456 — 477.

**) Ajo id quod res est. Nihilominus tantum abesse scito, ut Kehrio, quidquid hac in re peccavit, magnopere exprobratum velim, ut omnino excusandum per temporum, quibus floruit, rationem esse censeam. Numismaticae Muhammedanae Kehrius jecit fundamenta, nec habuit, quorum praeeuntium insisteret vestigiis. Locuplete illo, quem postera demum aetas suppeditavit, subsidiorum litterariorum apparatu destitutus et viam nullius fere ante pede tritam ingressus, fieri non potuit, quin modo haereret, modo aberraret, modo rueret.

Verum huic me operi manus admoventem, dici non potest, quam detinuerit et retardaverit quae aderat exemplorum geminatorum ingens vis. Erant enim numi, potissimum inter Samanidicos et Dschudschidicos, quorum quinquaginta, erant quorum centum, quid? ducenta atque adeo (incredibile auditu) trecenta amplius deprehendebam exempla. Quo factum, ut duplicium et superfluorum, improbo meo labore secretorum, numerus anno MDCCCXVII exeunte jam summam quatuordecim millium quingentorum et septuaginta quatuor conficeret, cui deinceps adhuc caterva haud contemnenda accessit. Exantlato hoc secernendi labore molestissimo, visus mihi sum animum quasi recipere ab onerosâ mole diu suppressum. Tum hac ego liber et solutus, quidquid numorum restabat suis cum exemplis duplicibus, quae ut ne pars titulorum desideretur vel aliis de caussis retinueram, digerere secundum temporum, dynastiarum et principum ordinem, atque digestorum accuratam instituere interpretationem. At quoniam per temporis angustias, quibus tunc circumscriptus eram, fieri non posse, ut universum apparatum eo quo institueram commentario amplo illustrarem, mox animadvertebam, notabiliores quidem ejus numos leviter adumbrare coepi. Habes hoc consilio priorum quatuor, quae tunc erant, Classium numos anecdotos a me paucis descriptos in libello, cui titulus: *De Academiae I. Sc. Petrop. Museo numario Muslemico Prolusio prior, quâ, dum conficiat accurata descriptio, ejus copia et praestantia obiter contuenda proponitur.* Part. I. Petrop. MDCCCXVIII. Quam

scriptionem ut inchoatam relinquerem, fecit mutata rerum academicarum conditio, quarum quippe moderamen interea viro, quem Musae Asiaticae in Russiâ tanquam sidus benignum et numen tutelare venerantur, S. S. Ouwarowio, commissum fuerat. Ipse etiam eâ re motus, abjecto patriam antiquam revisendi consilio, lares meos ad Newam subsistere malui.

Itaque sublatâ caussâ, quae maturare male coëgerat, sedato gradu pergebam. At subito sistebam gradum stupens. Jam diu, quo longius prosequebar, eo magis immensum operis instituti perspexeram. Nunc vero aliis atque aliis occupationibus jam accedentibus et, quominus uni huic operi, ut antehac, totum me darem, intercedentibus, vitam meam commentario eâ, quâ exorsus eram, accuratâ diligentiâ pertexendo vix suppetituram intelligebam; atque idem animadvertebam, commentarii, ut qui singulos illustrando numos saepe per plures diffundebatur plagulas, mole prorsus obrutum iri textum, titulos dico numorum, eâque re paene subductum e lectorum conspectu. Duplici hac de caussâ textum a commentario sejunctum edere eique praemittere constitui; quod consilium eo minus repudiandum ratus sum, quo majus numorum ipsorum quam mearum qualiumcunque in eosdem commentationum momentum esse probe noveram. Coepi igitur ineunte anno MDCCCXXI hanc primam operis Partem seu *Recensionem Numorum* prelo tradere.

Interea autem apparatus numorum Orientalium academicus haud contemnenda ceperat incrementa, cum ex collectionibus, quae jam olim aderant, Mussin - Puschkinianâ et Ostermannianâ profecta, tum vel emtione permutationeve comparata vel donatione illata; quibus factum erat, ut non solum quae antea jam perquam locupletes numis fuerant Classes novis iisque praestantissimis accessionibus, veluti Classis Samanidarum numis aeneis, auctae essent, sed novae etiam Classes pristinis accessissent. Hoc agnoscet, quisquis quatuor Classium numos anecdotos a me in *Prolusione* ante memoratâ a. MDCCCXVII leviter descriptos, simulque omnium, in quas tunc temporis numos Orientales academicos diviseram, Classium conspectum ibid. p. 8 propositum, cum apparatûs jam aucti adumbratione eâ, quam paucis annis post in libello inscripto: *Das Muhammedanische Münzkabinet des As. Mus. der K. Akad. d. Wissensch. Vorläufiger Bericht* (Petrop. MDCCCXXI.) in medium proferebam, conferre haud gravatus fuerit. Videbit, (solas Classes novas ut commemorem), Museo jam accessisse Classes Tahiridarum, Chanorum Hoei - he, Choresmischahorum, Buweihidarum, 'Okailidarum, Seldschukidarum, Ortokidarum, Atabekorum, Aijubidarum, Mamlukorum, Marokkanorum et Christianorum monetam titulis Arabicis signantium.

Verum hae accessiones, tantum abest, ut, quo tempore liber hic typis exscribebatur, desinerent, ut sine intermissione affluerent et eâ quidem denique copiâ, quae operis impressionem

ad Classem XXI jam perductam abrumpere ad quoddam tempus cogeret. Nominasse ex iis hîc sufficiet opimam illam praedam in itinere meo Mosquensi partam, de quâ dictum al. loco *). Sic abruptum per tres admodum annos jacuit opus, me interim spectante, ista quo evasura sint, et aliis studiis scriptionibusque vacante. Tandem quum tempus esse mihi videretur, ut telam sat diu relictam pertexerem, animadverti, accessiones eas, quae ad priores maxime Classes (Num. Chalif.) factae erant, tam numerosas esse, ut commode et sine magnâ libro utentium molestiâ in Supplementa rejici nequirent. Quam ob rem priores quatuor plagulas denuo excudendas curavi, ita quidem amplificatas, ut earum paginae ter repeterentur (1 – 34. 1* – 34*. 1** – 34**. 1*** – 18***.); quamquam harum impressione nondum ad finem adductâ, jam binae istae Classes priores iterum nova augmenta sumserant, rejecta ad calcem libri in Supplementa, in quibus et reliquarum Classium accessiones, ex parte amplissimas, recensui. Quam mirum autem in modum apparatus noster inde ab anno MDCCCXXI denuo auctus sit et immutatus, cuilibet patebit vel hancce ejus *Recensionem* conferenti cum ejusdem, qualis dicto anno fuit, adumbratione in libello supra citato *Das Muhamm. Münzkab.* etc. propositâ. Qui tunc non numerabamus nisi XI numos Umaijadarum Orientalium, jam gaudemus LXXX eorundem numis (tam خسروانية quam إخلاصية);

*) In *St. Petersburgische Zeitung* 1822. N° 103. *Leipziger Litteratur-Zeit.* 1822. N° 231. et *Journal Asiatique* Tom. IV. p. 333.

Umaijadicorum Hispaniensium nobis non erant nisi duo, jam vero XXIX numero sunt; ad LXXXVII numos Chalifarum 'Abbasidicorum CCLXVI accessere, ita ut hi jam summam CCCLIII expleant. Verum singulos numos ut taceam, vel solus diversarum dynastiarum conspectus, qualis utroque loco exstat, laetissima opum nostrarum incrementa novamque harum Classium testatur accessionem: Edrisidarum, Aghlebidarum, Merwanidarum, Seldschukidarum Persiae, Fatimidarum, Aijubidarum Meijafarikinensium, et Serbedariorum. Et ecce, tantum quod huic operi typis exscribendo finis impositus erat, quum iterum haud contemnenda numorum vis obtigit, *Novis Supplementis* suo tempore edendis reservata.

Hoc autem loco quî committere possem, ut silentio praeterirem nomina eorum, quorum favori et studio singulari Museum nostrum, ex quo ei praeesse coepi, incrementa debet tam conspicua? Prae ceteris, ipsis Imperatoribus Augustissimis ALEXANDRO I. ad coelestium sedes jam evecto et NICOLAO I. gratissimi animi et pietatis officium praestare fas est, quorum Ille numos, quos Makarow Armenus Baghdado allatos Ipsi offerre ausus erat, Hic, quos Benderae arcis extremum vallum complanantes invenerant, Academiae Suae largiri dignatus est. Jam reliquorum, qui id nobis tribuerunt, ut ad augendas Musei Asiatici copias numarias plus minusve conferrent donando, nomina ornatissima salvis honorum titulis haec habe: Billberg (Stockholmiae), Fr. di Castiglioni (nunc in Ae-

gypto), Erdmann (Kasani), Eugenius Metrop. (Petropoli), Hallenberg (Stockholmiae), Harder, Jasykow et Kostaki (Petropoli), Lanci (Romae), Masarowitsch *) (Tawrisi), Princ. B. de Meschersky (Petrop.), Muenter (Hafniae), Pander, Reichel, Rosenberg et l. Bar. Schilling de Canstadt (Petropoli), Comes P. de Suchtelen **) (Stockholmiae), Com. Th. de Tolstoï (Petrop.) et Ulprecht (Dorpati); quibus viris, pro suo cuique ordine maximopere colendis, ex acceptis propensae in Museum Asiaticum voluntatis documentis publice maximas gratias persolvere meum est. Sunt praeterea, qui selectos ex suo cujusque apparatu numos Orientales Academiae libentissimo animo ita concesserunt, ut duplicibus, quae in ejusdem Numophylacio Europaeo sunt, numorum exemplis compensarentur, viros praestantissimos dico: Cattaneo (Mediolani), Heydeken (nunc Genuae), Koehler (Petropoli), Koerber (Wendae), Lisenkow (Petrop.), Nejèlow (Kasani), Pflug (Petrop.), Reichel et Rosenberg (quos duumviros supra jam laudavimus), Ruehle de Lilienstern (Berolini) et l. Bar. de Schmidt (in M. D. Megalopolitano); a quibus singulis quae mihi hac in

---

*) Huic viro ill. undeviginti numorum delectum, in eoque Seldschukidas Persicos, debemus; v. *Journal Asiat.* T. IV. p. 274.

**) Sexaginta quinque numos ex suo Museo selectos, inter quos Muktediri Chalifae numisma iconophoron, nostro liberalissime muneratus est hic Vir Excellentissimus; v. *St. Petersburg. Zeitung* 1822. N° 103.

caussâ praestita sunt officia, ut gratâ memoriâ recolere par esse duco, ita temperare mihi non possum, quin inprimis Reichelii, Rosenbergii et Heydekenii, virorum mihi carissimorum, obviam voluntatem et mirificum studium mihi hac in re probatum honorifice commemorem. Nec denique mihi reticenda sunt nomina virorum ornatissimorum Wasenko (tunc temp. Petropoli), Sprewitz (Mosquae) et b. Waengg (ib.), a quibus posterioribus quidem numorum selectorum ingentem vim praesente pecuniâ Museo nostro comparavi.

Habes, lector, summam historiae Numophylacii Muhammedani Academici qualicunque modo potuit delineatam, simulque caussam expositam, quae, ut hanc ejusdem Recensionem ab ipsius Descriptionis Partibus sejungerem, moverunt mihique eam edenti haud parum morae obtulerunt.

Jam vides hic in medium prolatum numorum Muhammedanorum apparatum, cui qui par sive numero sive dignitate sit, non reperiri fateantur necesse est, quotquot harum rerum peritos hanc ejus Recensionem vel cursim percurrere non piguerit. Numerum enim si spectas, continet ter mille septuaginta quinque numos inter se diversos, quinquies mille autem trecentos septuaginta quatuor, si simul numeraveris, quae gemina exempla, vel ut aversas etiam numorum partes uno conspectu videre liceat, vel ut tituli omnibus suis numeris et partibus sint expleti, vel denique raritatis caussâ, re-

tinenda illisque addenda esse censui*). Si quis forte nonnihil miretur, ipsum numorum nostrorum numerum, detractis geminis exemplis, non majorem efficere summam, is aliorum Numophylaciorum Muhammedanorum comparet velim copias, et intelliget, quantum a nostris divitiis distent. Veluti Mainonianum non numerat nisi LXXXV, Borgianum, quale in utrâque descriptionis Adlerianae Parte ante oculos positum fuit, CLXXII, Timmianum Hafniae CLXV, Universitatis Goettingensis D admodum, Universitatis Rostochiensis DXXIX, Fuchsianum**) Kasani DC amplius, Nanianum***) DCCXIX, Mediolanense Imperiale, Stockholmiense Regium et Pototianum M amplius, Marsdenianum admodum MCCCC numos comprehendit. Taceo alia hujus generis Numophylacia, quorum numi quam summam expleant, aut annotare neglexi aut nondum satis exploratum habeo****); quamquam

*) Moneo in hunc utrumque numerum non adscriptos esse numos eos, qui *Novis Supplementis* reservati sunt.

**) quale certe a. 1816 fuit.

***) quod quidem olim fuit.

****) Veluti Numophylacia Sprewitzianum Mosquae (quod prae ceteris facile palmam fert), Zosimanum ibidem, Musei Imp. solitarii Petropoli, Bibliothecae Imp. publicae ibid., Scholae Asiaticae ibid., Romanzowianum ibid., Com. S. de Potocki ibid., Com. Th. de Tolstoï ibid., Universitatum Imp. Litt. Petropolitanae, Dorpatensis, Kasanensis et Charkowiensis, Nejelowianum Kasani, Zwickianum Sareptae, Pflugii quod fuit, nunc Comitis de Blaizi est, Universitatis litt. Upsaliensis, Thunbergianum Upsaliae, Hallenbergianum et Suchtelenianum nec non Rutstroemianum Stockholmiae, Regium Hafniae, Muenterianum ibidem,

eorum nullum numero nostras copias aequiparare me non fugiat. Nec quod quondam Adleri Berolinensis fuit Numophylacium, nec qui inexplorati Parisiis in Museo Regio, Londini in Museis Britannico et Societat. Ind. Or. latent numorum ,OO. apparatus, ne de sententiâ meâ decedere me cogant, vereor. Nam etiamsi ditissimi esse perhibeantur, tamen si quando gemina, quibus utpote sine consilio et ex occasione congesti non possunt non affluere, exempla secreta, et numi Orientales non-Muhammedani, veluti Sinenses, Japanenses, Indici, et qui id genus alii in numerum procedere solent, de summâ deducti fuerint, patebit, quantopere illae copiae imminuantur. Geminorum exemplorum turbam omnem si Academiae Petropolitanae visum fuisset servare, apparatum vicies mille amplius numorum Muhammedanorum in medio ponere potuisset. Et licet ex numis, quos Christiani titulis vel omnino vel ex parte Arabicis Persicisve signarunt, illos, qui a Normannis regibus Siciliae, Pagratidis Georgiae, et Europaeis in Indiâ Orientali magnas possessiones habentibus profecti sunt, Appendicis loco addiderim, quia his commodior locus non poterat assignari, non tamen in censum hic relatum est, quidquid Academia servat tam numorum titulis Russo-Tataricis signatorum, ut qui in Numophylacio Russico

---

Regium Berolini, Ruehlianum ibid., Poggianum Gryphiswaldae, M. Ducis Megalopolitani Schwerini, Ducale Gothae, Regium Dresdae, Vindobonense Imperiale, Fontanae Venetiis, Regium Hagae Comitum, Ducis de Blacas Parisiis, Academiae Reg. Histor. Madriti all.

repositi sunt, quam Sinensium, Japanensium, Nepalensium all., qui Catalogo peculiari a me recensebuntur. Hi et ipsi si numorum Muhammedanorum apparatui Academico additi fuissent, hic ingenti cumulo auctus esset.

At quid amplius moremur circa numerum, in quo virtus non est posita? Apparatus noster dignitate etiam et raritate non modo nulli cedit reliquorum omnium, qui mihi innotuere, sed etiam primas tenet. Quam ego sententiam ferens, tantum abest, ut reliquis hujus generis Numophylaciis aliquid detractum velim, ut singula fere multis magnisque nominibus alia aliis commendari et probe sciam et lubenter profitear. At harum commendationum tum pondere tum multitudine nostrum reliquis superius esse doctus et intelligens idemque aequus existimator non potest non concedere. Museum Petropolitanum cum majorem, quam reliquorum ullum, tibi in numis suis pandit dynastiarum Muhammedanarum quondam, per Asiam maxime, florentium numerum, tum ex iis tales etiam, quarum monumenta numaria, vel ad hunc diem latuerant, veluti Edrisidarum in Mauritaniâ, Subukteginidarum, Choresmischahorum, 'Alidarum in littoralibus Caspicis meridionalibus, 'Okailidarum, Merwanidarum, Seldschukidarum Persiae, Serbedariorum, vel tantâ copiâ tamque continuâ serie nusquam alibi offeruntur, veluti Emirorum Samanidarum et Chanorum Dschudschidarum, in quibus principum annorumque ordo raro interruptus; quo nomine etiam Classis I et II seu Chalifarum Umaijadarum Orient.

et 'Abbasidarum *) commendatur; ita ut ubivis fere deprehendas, quo defectus, de quibus nuper ill. Tychsenius Goettingensis aliquid dixit, suppleas. Adde, quod, qui hîc panditur, apparatus numorum Muhammedanorum maxime antiqui et medii aevi est; id quod ejus commendationi novum pondus adjicit, quandoquidem hi recentioribus cum multo rariores tum longe graviores sunt. Et quid? singulorum Musei nostri numorum momenta spectare et exponere hîc si vacaret, pateret, numis esse refertum, qui vel monumentorum historicorum loco haberi possunt, res suo tempore gestas illustrantes et auctorum fidem aut comprobantes aut suspectam reddentes, vel scientiam rei numariae Muhammedanorum egregie augent, vel certe raritatis notâ insignes sunt, vel antea nondum editi erant **). Tales (ut de multis paucos, qui nunc cum maxime mihi succurrunt et plerique aliis in Museis desiderantur, hîc nominatim indicem) praedicare non vereor hos: Numos 'Hedschadschi aliorumque ex primis a Chalifis Persiae praefectis typo Chosroïco cusos (p. 3—5), Abu-Muslimi Chorasanensis illius (p. 18), Emirorum Libyae per annos H. 151—183 (p. 26—24*), Emirorum Armeniae et Aserbeidschanae inde ab a. H. 153 sqq. (p. 27 sqq.), 'Alyi filii 'Isae Emiri Chora-

*) Seriorum de hac gente principum plerique fere non nisi in Emirorum et Sultanorum Numis offerri solent.

**) Ut in aliis Museis, ita in hoc numorum etiam levioris vel nullius momenti turbam adesse, non opus est, ut moneam. Ita fert natura rei; nec erit, qui ad solos selectos numos apparatum aliquem restringi, vel ejus editorem hujusmodi quisquilias cum ceteris recensendi molestiâ supersedere velit.

saniae (p. 33*), ʿAlyi Risẓae (p. 13**), Leilae et Rostemi Emirorum ʿAlidicorum (p. 84 et 600), Muʿhammedis Bermekidae (p. 20*), Numos Soheidae nomen prae se ferentes (p. 4** sq.), Imami titulum cum herede Chalifatûs jungentes (p. 26 et 6**), N. Muntafiri Chalifae ʿAbb. unicum (p. 17**), Muktediri Chalifae Numisma iconophoron (p. 22**), N. Abu-ʿAbdullahi Reguli Murciae etc. (p. 5***), Sebgerii Soffaridae (p. 37), Nasri I Samanidae (p. 563), Isʿhaki Samanidae (p. 68), N. Samanid. c. Symb. Umaijad. (p. 582), Aur. Samanid. unicum Reyae cusum (p. 88), et NN. aereos Samanid. innumeros; NN. Manfuri II, ʿAbd-ul-Meliki II et Ismaʿilis II Samanidarum (p. 119 sq.), N. Nasrabadensem (p. 96), Mikaïlis (p. 78), NN. Aʿhmedis ben Abi-Daûd Muʿhammed praefecti Balchae etc. (p. 48 sqq.), N. Bocharensem a. 358 in. mirâ typorum varietate versantem (p. 104 – 108 et 581 sq.); NN. Toghrul-Beki et Alp-Arslani Seldschukidarum Iraniae (p. 604 sq.), N. Atabeki Sindschariensis (p. 618), Kukburii (p. 619), Ladschini Mamluki (p. 629), NN. Bocharenses Arabico-Sinicos (p. 423 coll. 698), Arabico-Mongolicos Abagae, Ghasani, Oeldschaïtu et Abu-Saʿidi, Chanorum Hulaguid. (p. 637 sqq.), N. Togha-Timuri de eâdem gente (p. 645); NN. Chanorum Dschudschidarum Tuda-Mängu (p. 648), Toktogü (p. 198 sq.), Toktu-Bek (p. 203 sq.), Dschani-Bek Tebrisi cusos (p. 247 sq.), Mürid ex Gülistano Saraïensi (p. 276), Bulák ex Novo Madscher (p. 289), nec non ejusdem Ulussi Chanorum Ilban, Tscherkes-Bek, Derwisch, Maʿhmud et Seyd Aʿhmed (p. 299. 300. 381 sqq. 393 sq. 398).

Adi etiam Cl. III Edrisidarum, Cl. VII Chanorum Hoei-he, Cl. IX Choresmischahorum, Cl. XI Merwanidarum, Cl. XVII Patanorum, it. Serbedariorum, Cl. XIX Dschelaïridarum aliasque, et ubique prodigam numorum rarorum et notabilium luxuriem ipse cognosce. Confer etiam quae hoc super argumento in libello *Das Muhammedanische Münzkabinet* etc. p. 15—91 disserui. Opportuniorem locum ad idem uberius et subtilius tractandum mihi aperiet is, quo numos nostros instruo, Commentarius. Interea vel ex allatis exemplis et magis etiam ex ipsâ hac *Recensione* patebit, non temere a me ante hos novem annos scriptum esse *), apparatum academicum inter reliquos eminere, *tamquam luna inter stellas minores*; nec sane est, ut, quod tunc enuntiabam, idem nunc iterare verear; nam quo tempore luculentissimae Museorum Mediolanensis Imperialis et Marsdeniani copiae (ceteras haud moror) in lucem prolatae sunt, eodem et Petropolitanum ingentibus incrementis et eximiis decoribus illis, de quibus supra dixi, adauctum est. Res mutuo compensata.

Apparatum autem adeo conspicuum et notabilem, qui ut superioribus ita his temporibus summam omnium, qui harum rerum amantes et intelligentes sunt, concitavit et admirationem et exspectationem **), studiosissime diligentissimeque a

*) *Prolus.* I. p. 5.

**) v. Mueller in Bueschingii *Magazin* T. XVI. p. 310. Murr *Beschreib. von Nuernberg* p. 549 et ejusd. *Abhandl. v. d. Gesch. u. d. Muenzen d. Arab.* p. 52

me curandum esse duxi. Quas igitur operae meae in eodem positae primitias tibi sisto, lector, fructum esse scito, quem studii assiduitas tulit haud mediocris. Vel nudam hanc ejus *Recensionem* opus fuisse arduum et operosum, nemo, qui paullo diligentius excusserit, non intelliget. Ut stupenda apparatûs moles, eaque continuis auctibus crescens, disponenti haud parum impedimenti intulit, ita ingens numorum antea incognitorum vis interpretem probe exercuit.

Jam ad disponendi alicujus numorum Muhammedanorum apparatûs rationem quod attinet, non facile inveneris, quae sola omni ex parte tibi satisfaciat: sive cognati generis populorum vel potius dynastiarum, a quibus profecti numi adsunt, praecipuam rationem habueris, in gentes Arabicas, Persicas, Turcicas et Mongolicas digerendo *); sive terras, in quibus illae floruerunt, spectaveris, per regna Asiatica, Africana et Europaea disponendo **); sive dynastias, utut diversae stirpis fuerint et

---

(in Cardonne germ. vers. T. III.) b. Tychsen in *Introd.* p. 53. *Fundgrub. d. Orients* T. I. p. 131. O. G. Tychsen von Hartmann T. II. P. II. p. 96. Th. Ch. Tychsen in *Comment. Soc. Goett.* T. XV. p. 52 et in *Comm. rec.* T. V. p. 70 et *Goett. gel. Anz.* 1820. St. 7. S. de Sacy in *J. des Sav.* a. 1819. p. 429 et a. 1825. p. 532 et in *Journal Asiatique* T. II. p. 20. Moeller in *Hall. A. L. Z.* 1820. N° 286. Kosegarten in *Ergänz. d. Jen. A. L. Z.* 1821. N° 44. et *Jen. A. L. Z.* 1822. N° 88. all.

*) Hanc solam rationem nondum ab ullo adhibitam esse video.

**) Quâ ratione Adler in *Coll. Novâ* et Castiglioni in *Monete Cufiche* usi sunt.

per disjunctissimas terras floruerint, nexu duntaxat junxeris eo, quem ordo temporum quo singulae natae sunt postulat; sive denique numos, dynastiarum diversitatis non habitâ ratione, solum annorum ordinem spectans, continuaveris *). Sua cuique incommoda sunt et impedimenta, quae non sinunt eam solam praeter ceteras adhibere. Mihi visum est, eclecticâ aliquâ methodo uti, ex singulis illis modo commemoratis delibando et conjungendo, quae ad nostri quidem maxime apparatûs usum accommodari posse videbantur. Nec idem caussarum politicarum, quae alicui dynastiae cum aequali intercedebant, ubi fieri poterat, rationem aliquam habere neglexi. Tantum tamen abest, ut vel haec quam ego adhibui dynastiarum, quarum numi in Museo nostro sunt, designatio mihi satisfaciat, ut eam nunc, si res adhuc integra esset, in non paucis refingerem et emendarem. Nimirum quem primum disponendarum dynastiarum institueram ordinem variae illae et magnae, quae deinceps Museo obtigere, numorum accessiones non poterant non turbare et interdum ut alienus evaderet efficere. Erat, ubi vel unus, qui serius accedebat inserendus, novae alicujus dynastiae numus rationes mihi male conturbaret **). Nec omnino quae ad hunc nostrum numorum apparatum disponendum sic satis accommo-

*) Ut fecit Hallenberg in *Numismat. OO.* P. I.

**) Inter Classes a me constitutas reperiuntur, quae non nisi paucos numos numerant. Admisi, spe certâ praeditus, futurum ut temporis successu harum etiam copiae magis augescant.

data videatur, rationem eandem et ad alium quemlibet commode applicari posse contenderim. Pro cujusvis apparatûs describendi naturâ h. e. pro dynastiarum, quarum aliarum in aliis Museis numi servantur, diversitate interpres alius aliam designationem adhibendam censebit. Generali autem divisione, quâ Classes omnes in tres Sectiones a me dispertitae sunt, scil. I. Chalifae primarii, II. Dynastiae orto duranteve Chalifatu ʿAbbasidico Baghd. natae atque florentes, et III. Dynastiae vel sub vel post occasum Chalifatûs ʿAbbasidici Baghd. natae et partim hodiedum florentes, — alios etiam post me usuros puto, quia ad singulos numorum Muh. apparatus aptari potest. Nec erunt (spero), qui in eo offendant, quod ad primam Sectionem, Chalifis tum Umaijadicis Hispaniensibus tum Fatimidicis exclusis et ad secundam delegatis, non nisi Umaijadas Orientales et ʿAbbasidas admisi. Hos enim solos, cum quatuor illis de gente ipsius Muhammedis, Chalifas universales esse sententia formulae Muhammedanae addictorum communis statuit, nec quotquot praeter eos alii in aliis regnis titulum Chalifae sibi asseruerunt, nisi in anti-Chalifarum s. Chalifarum legitimis oppositorum numero ponit.

Etiam in ipsorum numorum interpretatione, vereor, ut doctorum et intelligentium existimatorum, nedum leviter his litteris imbutorum, exspectationem expleverim; mihi quidem ipse nec eâ in re satisfeci. Nam licet aetatem fere in numorum Arabicorum etc. studio contriverim, eorum vel centum millia

oculis perlustraverim et examinaverim, ideoque familiaritatem aliquam cum palaeographiâ Arabicâ contraxisse videar; licet idem in rerum a Muhammedanis gestarum cognitione haud mediocrem operam collocaverim et variis doctrinae hujus praesidiis tum editis tum ineditis paratus atque adjutus sim: tamen tot ego vel dubia vel plane intacta in hac *Recensione* relinquere coactus sum, quot nescio an ullus eorum, qui, utut hujus arenae usu minus subacti, de Numis OO. scripserunt. Passim me deprehendes aut Kuficis rite expediundis imparem aut vocabulorum siglorumve potestatis incertum aut de numorum auctoribus, urbibus, annis haesitantem. Ejusmodi vitiis cum singulas fere Classes, tum maxime septimam, quae Turkorum Hoei-he, an dicam Oghusiorum, est, laborare videbis. Horum quidem Chanorum numos recensenti mihi idem accidit, quod b. Tychsenio ante hos sexaginta annos primo (puto) Samanidicos edenti *). Is quemadmodum tunc temporis nec versiculo Koranico in Partis anticae circulo exteriore obvio, nec nomini urbis Schasch, utrique nunc quidem pervulgato et tritissimo, expediundo par erat, nec Emiris Samanidis Isma'il, A'hmed et Nafr quid faceret sciebat, ita ego plerumque circa illos Chanos, circa urbes, ubi eorum numi signati, circa titulos, qui in iis primum sese offerunt, caeco gressu huc illuc ferebar, omnia fere inchoata relinquere coactus. At quia dies diem docet, spes est, futurum, ut post hanc etiam noctem aliquando dilucescat. Idem

*) in *Bützowische Nebenstunden* P. III. p. 55 sqq.

de non paucis aliis, quae nunc in integro relinquenda erant, spero. In ipso Commentario fortasse ad liquidum perducere dabitur. Verum enim vero offeruntur, de quibus eam spem frustra conceperis, quod in iis scriptura adeo rudis atque deformis est, ut praeter Sibyllam legat nemo.

In singulis autem hujus Musei numis recensendis ut quomodo rem instituerim statim intelligas, haec habe: 1) Ne hilum quidem titulorum iis inscriptorum omittendum duxi, ita tamen, ut, quaecunque omnes vel plerique Classis alicujus numi communia habent, non nisi ad ejusdem primum annotarem. 2) Hos titulos Arabicos, Persicos etc. in consuetam scripturam Arabicam transscriptos accuratissime latine reddidi, *litteris quidem usus inclinatis*. Quamquam est, ubi reddere supersedi, quia taedebat latine repetere, quae vel leviora sunt vel parum ab antecedentibus differunt; est porro, ubi quae ex posteriore genere offerebantur, non nisi latine posui. 3) Eosdem titulos eo disposui modo, quo facile uno in conspectu videri possint. 4) Ab omni rerum et verborum explicatione abstinui, quippe quae Commentario reservata. Attamen urbes minus in vulgus pervulgatas brevissimâ definitione auxi, annisque Muhammedanis ubique aeram Christianam addidi; hoc quidem utentium commodo factum. 5) Quidquid inscriptionum prorsus evanuit, notis ... expressi, eâdem ratione etiam in versione Latinâ usus, nisi forte (id quod saepe accidit) certâ conjecturâ suppleri poterant; quod si usu veniebat,

latine reddere quae evanuerant non dubitavi, at litteris consuetis ab reliquis *inclinate* expressis distincta. 6) Si qua vox aut littera minus quidem perspicua offerebatur, at satis tamen ad cognoscendum facilis, eam lineâ subnotatâ distinctam posui (veluti <u>ثنين</u>) eidemque latine redditae fere signum interrogationis (?) addidi; quod idem et Arabicis, sive cum lineolâ subnotatâ sive absque eâ positis, eorumque Latinae versioni adjeci, quoties de lectionis fide vel minimum dubitationis oriri posse videbatur. 7) Si qua autem se offerebant, quae etsi utique non oblitterata, dubiae tamen lectionis erant, ductus Kuficos neschice exprimere, quantum per typographiam licebat, conatus sum (veluti سعالكس, بسر, حمك); sin minus, aut lineolis (— — —) aut punctis (. . .) indicavi, conjecturas de ejusmodi rebus Commentario reservans. 8) Terminationes nominum propriorum Latinas fere scripturâ vulgari ab ipso corpore distinguendas curavi, ut ne linguarum OO. expers in verâ nominis alicujus formâ haesitet (veluti *Moneta 'Hadschi-terchan*i, vel *Cusa est Balch*ae); quamquam passim, sermonis Latini consuetudinem non curans, scripsi *Moneta τȣ 'Hadschi-terchan*, et *Cusa est in Balch.* 9) Ne minutulas quidem scripturae seu orthographiae caussas (veluti اسمعيلى pro اسمعيل, اثنين pro اثنتين, ماتين pro مايتين aut ميتين), nec punctorum, circulorum flosculorumve ornamenta et quae id genus alia in numis occurrunt, annotare neglexi, quia nec talia nonnunquam fructu qualicunque carent. 10) Auri aerisque

metallum in his numis nominatim indicare satis habui; quotquot igitur metalli indicatione destituti sunt, eos argenteos esse scito. 11) Ineditorum numorum admirabilem copiam stellulâ (*) numero praefixâ distinxi, non tam quo novi splendoris aliquid Museo nostro arcesserem, quam ut utentibus constet, quid maxime incrementi doctrinae rei numariae Muhammedanae nostro ex apparatu accesserit. Inter eos autem si deprehenduntur, qui tibi nunc jam ex aliis Museis (ut Mediolanensi Imp. et Marsdeniano) innotuere, ejus rei unicam caussam habe tarditatem impressionis hujus libri, ineunte a. MDCCCXXI jam inchoatae, sed exeunte demum a. MDCCCXXVI ad finem adductae. Id etiam monendum, me in Classibus XXIV, XXV et XXVI, quae Baberidarum, Sefidarum reliquorumque Persiae regum recentiorum, et 'Osmanidarum sunt, hoc destitisse instituto propterea, quod tantus est librorum, qui res Indicas, Persicas et Turcicas tractant, apparatus, ut me bonâ ejus parte destitutum facile fugerint numi, qui ab aliis jam editi; adde, quod huic numorum generi non adeo multum tribuo.

12) Ab his iisdem tribus Classibus si discesseris, numorum raritatem quoque verbulo indicandam duxi, itidem non tam in Musei nostri honorem, quam ad alios rem edocendam, cujus a numorum Orientalium editoribus nullam fere rationem habitam esse video. Equidem in hoc pariter atque in superiore consilio adjutus fui Conspectu critico et systematico Numorum Muh. ad Chalifatus 'Abbasidici occasum signatorum, quem multis abhinc annis jam inchoatum et sine intermissione continua-

tum, nuper etiam ex Elencho, quem b. Tychsenius eodem consilio condere coeperat, suppletum, aliquando (si Deo placet) in vulgus edere animus est. Verum copiis numariis nunquam non affluentibus, quandoque accidit, ut numus aliquis, quem, quia praeter academicum aut nullum aut unum duntaxat ejus exemplum exstare sciebam, rarum praedicaveram, deinceps frequens identidem mihi obviam daretur, ita ut non esset, cur etiamnunc illo honore ornaretur. 13) Nec mihi tacitum relinquendum visum est, si quid numo alicui inest momenti, quo prae ceteris commendetur et notatu dignus sit, sive id ante oculos sit positum sive non nisi accurate excussâ rerum gestarum memoriâ perspiciatur. Id solo verbo „notabilis" vel „notabilissimus" indicavi, caussas in Commentario futuro expositurus. 14) Denique in Classe XX, quae Chanorum Dschudschidarum est, non solum anecdotos Musei nostri numos stellulâ, de quâ supra dixi, insignire, sed praeterea tum eos, qui Museo huic cum aliis, ut Goettingensi, Pototiano, Fuchsiano, Nejelowiano, Waenggiano et Zwickiano communes sunt, annotare, tum eos, quibus illa gaudent, nostrum adhuc caret, suo quemque loco, typis quidem minoribus expressos inserere placuit propterea, quod haec apparatûs nostri Classis et prae ceteris ad Russiam nostram pertinet et per se jam adeo absoluta omnibus suis numeris est, ut, suppletis paucis iis numis, quos insuper Musea alia suppeditant, jam quidquid numorum hujus dynastiae ad hunc diem innotuit, uno in con-

spectu positum sit *). Poeniteret, reliquarum etiam Classium eos certe numos, quos Museum Petropolitanum cum aliis communes habet, non annotasse, nisi hae notitiae, non paucis Museis novis recentissimo demum tempore in lucem prolatis, jam mancae fuissent. At hac in caussâ praetermissum cum ipse horum numorum Commentarius, tum is, cujus ante mentionem feci, Conspectus criticus et systematicus compensabit.

Restabat, ut singulos apparatûs hujus numos integriores ad certum pondus examinarem. At nescio quomodo animum ab hujus generis occupatione prorsus alienum nondum vincere potui et inducere ad hoc quoque pensum molestissimum peragendum. Neutiquam tamen caussae huic gravissimae deero. In Prolegomenis ad sequentia operis Volumina habebis et quaestiones hoc de argumento diligentissimas et tabulas ponderis numorum comparativas quam accuratissime confectas. In praesenti quidem odiosi molestique satis exhausisse mihi

---

Quae numis ex Museo Fuchsiano laudatis addita vides numerorum signa Romana, scito manasse ex eâ, quam molior, ejusdem Descriptione. Quodsi in libello nuperrime Kasani edito sub titulo: „Numophylacium Universitatis Caes. Litt. Casanensis Orientale delineavit Fr. Erdmann. Casani 1826" (ad Universitatem nimirum Kasanensem Museum illud venditione transiit) haud contemnendum numerum eorum numorum, quos ex copiis Fuchsianis laudavi, in iisque fere rariores, prorsus desideres, id teneas inde ortum esse, quod tum qui Museum vendidit, illos sibi servavit, tum qui descripsit, passim totâ ratione aberravit. Vid. *Leipz. Litt. Zeit.* 1827. N° 18.

videor tum in iis, quae modo commemoravi, singulorum numorum momentis pertractandis, tum in conficiundis Indicibus personarum, urbium, vocum et locutionum, et rerum notabilium, quae in hac *Recensione* occurrunt, locupletissimis. Hujus quidem quadruplicis Indicis confectionem quum immanae operae et molestissimi taedii intelligerem esse, si (ut par erat) accurate et ita, ut nihil in iis desideres, pertexeretur, diu (fateor) a tanto labore subeundo abhorrebam; subii tandem, eoque religiose perfunctus sum, quod persuasum mihi erat, non posse ex eodem multiplicem usum non redundare in omnes, qui in numorum OO. studio versantur. At ita me deus, ut reduviam saepe mihi visus sum curare, tam in ipsâ *Recensione* quam in ejusdem Indicibus putidâ paene diligentiâ circa levissima et minima quaeque numorum notanda utens; nec unquam (puto) denuo a me impetrabo, ad similia ut descendam.

Tabularum, quae numos potiores vel numorum momenta potiora aere expressa exhibeant, praesidio nudum hoc primum Volumen in publicum datur; id quod nolim mihi fraudi sit, quum transscriptorum a me fidem firmandi in praesens quidem ademta mihi sit potestas et futuros esse prospiciam, qui aut tradita a me absque Tabularum ope minus assequantur, aut, deprehendentes quae cum historiâ discrepant, dubitatione sollicitentur. Quae Museum nostrum per plures annos capiebat continua incrementa, in caussâ fuere, ut visum sit, hanc rem

in id differre tempus, quo *Recensio* e prelo prodiisset. Nunc igitur ad ejus curam me conferam et operam dabo, ut quam primum fieri poterit, hoc praesidium maxime necessarium huic *Recensioni* accedat peculiari Volumine, cui praefaturus, quâ ratione et cur eâ maxime hanc rem instituerim, demonstrabo atque probabo.

Puto me nihil eorum silentio transmisisse, quae ad hujus libri consilium et rationem cognoscendam faciunt. Jam in votis est, ut ea, quam in eodem posui, opera non improbetur paucis illis, quibus censendi jus hac in caussâ competit; qui iidem praeter ceteros maxime perspicient, quantae molis fuerit hoc condere opus, quantum eo fines rei numismaticae Muhammedanae dilatati et quot superiorum interpretum circa numos, qui huic Museo cum aliis communes sunt, errata hîc correcta a me tacito sint. In votis etiam est, ut qui huic studio numismatico vacant, hunc librum experiantur comitem aut etiam ducem idoneum et fidum, quo juventur in obscuris et absconditis aliorum numorum expediundis. In votis denique est, ut propediem exoriatur, qui omnibus praesidiis iis, quae novissimis temporibus a me in Russiâ et a viris doctis in Sueciâ, Germaniâ, Italiâ, Galliâ, Hispaniâ et Angliâ ad proferendum doctrinae numismaticae Muhammedanae pomoerium comparata sunt, diligenter et caute utens, novas post O. G. Tychsenium hujus doctrinae Institutiones, quas sane aevum nostrum postulat, componere eoque

de disciplinâ, quae historiae fida ministra merito praedicatur, bene mereri velit.

Quod superest, quisquis hunc librum volvis, noli quaeso offendi maculis,

quas aut incuria fudit
Aut humana parum cavit natura,

simulque alterum illud Horatianum memento:

— operi longo fas est obrepere somnum.

CONSPECTUS
CLASSIUM.

SECTIO I.

CHALIFAE PRIMARII SEU ALTIORIS ORDINIS.

SECTIO II.

DYNASTIAE ORTO DURANTEVE CHALIFATU 'ABBASIDICO BAGHDADICO NATAE ATQUE FLORENTES.

Sectio III.

DYNASTIAE VEL SUB VEL POST OCCASUM CHALIFATUS 'ABBASIDICI BAGHDADICI NATAE ET PARS HODIEDUM FLORENTES.

SECTIO PRIMA.

NUMI
CHALIFARUM
PRIMARIORUM
SEU
ALTIORIS ORDINIS.

CLASSIS I.

NUMI

CHALIFARUM UMAIJADARUM ORIENTALIUM.

A.

Ante institutum a. H. 76 (= Ch. 695,6.) typum mere Muhammedanum, *) et quidem

a) typo veterum Persarum s. Sasanidarum signati, **).

α) cum Inscriptionibus Pehlewico (?) - Cuficis, quarum ad singulos solam partem Cuficam indicabimus.

1.

Numus frequentissimus, notabilissimus. Exhibet nomen عمر *Omar*, intra Partis I. Marginem - ad dextram, ori Regis ex adverso positum.

---

*) In his haud scio an lateant, qui vel ad ipsos Chalifas de gente Prophetæ (الخلفاء الراشدون) referendi sint.

**) Qui quidem typus sic fere in his NN. habet: P. I. Caput regis barbatum cum tiarâ duabus, ut videtur, alis in altum erectis instructâ &c. P. II. Ara igne ardens inter duos custodes &c. Exemplum sit Niebuhr. Descr. Arab. Tab. XII. N. 22.

***2.**

Rarissim. notabilissim. cum nomine جرير *Dschorair* extra P. I. Marginem infra ad sinistram posito.

***3.**

Rarissim. notabilissim. Exhibet nomen سعيد بن || دعلج *Sa'id filius Da'ledsch* intra Marg. P. I. ad dextram, ori Regis ex adverso positum.

4.

Frequentiss. notab. cum nomine سعيد *Sa'id* intra P. I. Marginem ad dextram ori Regis ex adverso posito.

***5.**

Rarissim. notabilissim. Exhibet nomen عبد الله *Abd-ullah* loco dicto collocatum.

***6.**

Rarissim. notabilissim. Sistit nomen هانى *Hani* cum subdito ε ibidem loci positum.

***7.**

Rarissim. notabilissim. cum nomine مقاتل *Mokabil* aut *Mokatil* eodem loco.

***8.**

Rarissim. notabilissim. Sistit intra P. I. Marginem ad dextram ori Regis ex adverso positum nomen الحجاج بن || يوسف *el-Hed-dschadsch filius Jusufi*; extra Marginem autem, ad dextram, formulam بسم الله *In nomine Dei!*

9.

Rarissim. notabilissim. Exhibet intra P. I. Marginem dicto loco idem nomen *el-Heddschadsch filius* || *Jusufi*, extra Marginem autem infra: بسم الله لا اله الا الله وحده (sic) محمد رسول الله *In nomine Dei! Non est deus nisi Deus* (Allah) *unicus. Muhammed Apostolus Dei est.*

*10.

Rarissim. notabilissim. Idem nomen *el-Heddschadsch* || *filius Jusufi* dicto loco intra Marginem positum, extra eum autem infra ad dextram لله الحمد *Laus sit Deo!*

11.

Rar. notab. Cum formulâ لله الحمد *Laus sit Deo!* extra Marginem P. I. infra ad dextram positâ.

12.

Frequens, notab. Cum formulâ بسم الله *In nomine Dei!* extra P. I. Marginem infra ad dextram.

*13.

Rarissim. notab. Exhibet بسم الله محمد رسول الله *In nomine Dei! Muhammed Apostolus Dei est.* extra P. I. Marginem infra.

*14.

Rarissim. notabil. Exhibet extra P. I. Marginem infra ad dextram hæc: بسم الله ولى الامر *In nomine Dei protectoris imperii!*

β) cum Inscriptionibus non nisi Pehlewicis (?)
Numi 15 — 17.

b) typo Græcissante

*18.

Aer. de genere eorum, quos Mus. Borg. Cuf. I. Tab. VI. conspicendos exhibet, P. I. figuram viri stantis &c. P. II. speciem crucis ф gradibus impositæ repræsentantes. In nostri quidem Numi P. I. prorsus fere detritâ non distinguo nisi محمد Symboli Sunnitici haud dubie residuum; quæ autem in P. II. cernuntur Arabica, utut non admodum læsa, nondum expedire contigit.

B.

post institutum a. H. 76 typum mere Muhammedanum.

ABD-UL-MELIK.

*19.

A. II. *Deo!*||*Mu'h.*||*est Ap.*||*Dei.*||نصر *Nasr.*

M. اعزه الله احمد بن نصر السيد لامير = = = مما *Est* (hic Numus) *ex iis, quos* (cudi) jussit *Emirus Dominus Nasr filius Ahmedis, quem Deus illustret.*

*158.

N. rariss. et notab. cus. in Balch في سنة ثلث وثلثمية *anno trecentesimo tertio.*

In inf. A. I. احمد بن سهل *A'hmed filius Sahli.*

A. II. inf. *el-Muktedir-billah.*||*Nafr filius A'hmedis*, subjecto siglo س

*159.

N. notab. c. Enderabae eodem anno.

In inf. A. I. *A'hmed filius Sahli*, ut in N. 158. Notanda autem figura ᴛ8 • in nomine سهل obvii ad modum s formati.

A. II. ut in N. 158.

*160.

N. rar. et notab. c. باندر . . . . ثلث وثلثمية *in Enderabâ* anno *trecentesimo tertio.*

In inf. A. I. احمد *A'hmed.*

A. II. evanida convenit cum proxime praecedd. N. 158 et 159.

*161.

Rar. et notab. c. Enderabae anno ثلث وثلثمية *trecentesimo tertio* (?)

In inf. A. I. conspicitur, quod در legendum videtur.

In inf. A. II. *el-Muktedir-b.*||*Nafr f. A.* inferius در

162.

Aer. notab. A. I. *Non est deus, nisi*||*Deus.* Supra ornamentum, infra محمد *Mu'hammed* est.

M. *In nomine Dei! Cusus est hic Fils* بيخارا سنة ثلث وثلثماية *Bocharae anno trecentesimo tertio.*

A. II. *Deo!*||*Mu'hammed*||*est Ap.*||*Dei.*||نصر *Nafr.*

M. *Est* (hic Numus) *ex iis*, *quos* (cudi) *jussit Emirus Nafr filius A'hmedis, quem Deus illustret!*

163.

Cus. in Schasch سنة اربع وثلثماية *anno trecentesimo quarto.* (a. 304 = C. 916, 7.)

In supr. A. I. flosculus cernitur.

In imâ A. II. *el-Muktedir-billah.*‖*Nafr filius A'hmedis.*

*164.

Cus. Samarkandae anno eodem.

In inf. A. II. Chalifa et Emirus, quos modo dixi.

*165.

N. aer. rar. A. I. eadem est, ac in argenteis. Supra ◆ in altero exemplo, in altero ∴.

M. *In nomine Dei! Cusus est hic Fils Samarkandae anno trecentesimo quarto.*

A. II. *Deo!*‖*Mu'h.*‖*est Ap.*‖*Dei.*‖نصر *Nafr.*

M. مما امر به الامير السيد نصر بن احمد اعزه الله *Ex iis* (Numis est), *quos* (cudi) *jussit Emirus Dominus Nafr filius A'hmedis, quem Deus illustret!*

*166.

N. notab. cus. Enderabae anno eodem اربع وثلثمية

In imâ A. I. احمد بن سهل *A'hmed filius Sahli.* (Litt. ◆ ad instar $)

In inf. A. II. *el-Muktedir-billah.*‖*Nafr fil. A'hmedis*, infra addito س

*167.

Rar. cus. ibid. anno eodem اربع وثلثمية

A. II. المقتدر بالله‖نصر بن احمد

*168.

Rar. cus. et ipse Enderabae, ut videtur, eodemque anno 304.
In A. II. inf. Chalifae et Emiri nominibus subjuncta vocula در

*169.

Rariss. cus. بنيسابور سنة اربع وثلثماية *in Nisabur anno trecentesimo quarto.*

A. II. inf. *el-Muktedir-billah.*‖et, Neschico quidem charactere, *Nasr filius A'hmedis.*

170.

Aer. A. I. *Non est deus, nisi*‖*Deus.* Infra محمد *Mu'hammed,* supra ornamentum est.

M. *In nom. Dei! Cus. est hic Fils Bocharae a. trecentesimo quarto.*

A. II. *Deo!*‖*Mu'h.*‖*est Ap.*‖*Dei.*‖نصر *Nasr.*

M. مما امر به الامير نصر بن احمد اعزه الله *Ex iis* (Numis) *est, quos* (cudi) *jussit Emirus Nasr fil. A'hmedis, quem Deus illustret!*

*171.

Aer. rariss. et notab. cus. باخسيكت *in Achsiket* anno eodem.

A. I. ut in argent.

A. II. congruit Numo proxime praecedenti.

M. مما امر به الامير السيد نصر : : : : عزه الله *Est ex iis* (Numis), *quos* (cudi) *jussit Emirus Dominus Nasr : : : : quem Deus illustret.*

*172.

Cus. in Schasch سنة خمس وثلثماية *anno trecentesimo quinto.* (a. 305 = Chr. 917, 8.)

Sunt, in quorum supremà A. I. flosculus cernitur.

A. II. inf. *el-Muktedir-billah.*‖*Nasr fil. A'hmedis.*

* 173.

Cus. Samarkandae anno eodem 305.

A. II. congruit cum proxime praecedente N. 172.

*174.

Aer. rar. cus. ibidem anno eodem.

A. I. ut in argenteis.

A. II. *Deo!*‖*Mu'h.*‖*est Ap.*‖*Dei.*‖نصر *Nafr.*

M. مما امر به الامير السيد نصر بن احمد اعزه الله *Ex iis* (Numis est), *quos* (cudi) *jussit Emirus Dominus Nafr filius A'hmedis, quem Deus illustret!*

* 175.

N. notab. cus. Enderabae anno eodem.

In inf. A. I. احمد بن سهل *A'hmed filius Sahli.* (♦ ad instar ʃ)

A. II. inf. *el-Muktedir-billah.*‖*Nafr fil. A'hmedis*, et inferius س

Est exemplum (175, a.), in quo annus sic habet خمسثلثية et pro لله in supremâ A. II. به esse videtur.

(175, b.) Hujus Numi exempla, in quibus flosculus loco τȣ س est.

(175, c.) Ejusdem N. exemplum, in quo nec siglum nec flosculus.

176.

N. aer. rar. et notab. cus. Bocharae anno eodem.

A. I. ut in argenteis. Supra ornamenti aliquid cernitur.

A. II. *Deo!*‖*Mu'hammed*‖*est Ap.*‖*Dei.*‖نصر *Nafr.*

M. مما امر به الامير نصر بن احمد مولى امير المومنين *Est ex iis* (Numis), *quos* (cudi) *jussit Emirus Nafr filius A'hmedis, assecla* (Maula) *Emiri Fidelium.*

*177.

N. aer. rariss. notab. cus. بنوكث ايلاق *in Tunket-Ilak* anno eodem 305.

A. I. ut in argent.

A. II. eadem, quae prox. praecedentis N. 176.

M. ما امر به الامير السيد نصر بن احمد اعزه الله *Est ex iis* (Numis), *quos* (cudi) *jussit Emirus Dominus Nafr fil. Ahmedis, quem Deus illustret.*

*178.

Cus. in Schasch سنة ست وثلثماية *anno trecentesimo sexto.* (a. 306 = Chr. 918, 9.)

A. II. inf. *el-Muktedir-billah.* ‖ *Nafr filius A'hmedis.*

179.

Cus. Samarkandae anno eodem.

A. II. congruit cum proxime antecedente N. 178.

In uno exemplo (179, a.) et copula و ante ثلثماية et المشركون in M. Areae II. excidit.

180.

N. notabiliss. cus. ibid. eodemque anno.

A. II. inf. المقتدر بالله ‖ ميكال بن جعفر *el-Muktedir-billah.* ‖ *Micaïl filius Dscha'fari.*

181.

N. rudiss. Minervâ sculptus, cus. بالشاش (?) سنة اثر (?)

A. II. ut in proxime praecedente, sed multo rudior. Nomen quidem extremo loco positum sic fere habet: مكاترد

*182.

N. notab. cus. Enderabae eodem anno ست وثلثمية

In imà A. I. احمد بن سهل *A'hmed filius Sahli.* (ﻫ—ﻭ)

A. II. inf. *el-Muktedir-billah.*‖*Nafr fil. A'hmedis.* Inferius س

Adest exemplum, cujus Pars aversa typo plane non est signata.

(182, a.) Ejusdem Numi exempla notabilia, quae, loco سهل *Sahl*, potius اسمعيل *Isma'il* prae se ferre videntur.

*183.

N. rar. et notab. cus. بنيسابور سنة ست وثلثماية *in Nisabur anno trecentesimo sexto.*

In inf. A. I. احمد بن سهل *A'hmed filius Sahli.*

A. II. inf. *el-Mukt. b.*‖*Nafr f. A.*

*184.

N. rar. et notab. cus. ibidem eodemque anno.

In inf. A. I. احمد *A'hmed.*

A. II. inf. ut in prox. praeced.

185.

N. aer. rar. cus. Bocharae eodem anno ست وثلثمية

A. I. ut in argent. Supra ornament.

A. II. *Deo!*‖*Mu'h.*‖*est Ap.*‖*Dei.*‖نصر *Nafr.*

M. مما امر به الامير نصر بن احمد مولى امير المومنين *Est ex iis* (Numis), *quos* (cudi) *jussit Emirus Nafr filius A'hmedis, assecla Emiri Fidelium.*

*186

N. aer. rariss. notab. cusus ببنكث سنة ست وثلثماية *in Binkes anno trecentesimo sexto.*

A. I. ut in argenteis. Supra ornamentum, infra نوح *Nu'h* (fil. Nafri?).

A. II. eadem, quae modo laudati N. 185.

M. مما امر به الامير السيد نصر بن احمد اعزه الله (Est hic Numus) *ex iis*, *quos* (cudi) *jussit Emirus Dominus Nafr filius A'hmedis, quem Deus illustret.*

*187.

Aer. rariss. et notabiliss. proxime praecedenti N. 186 similis in omnibus, nisi quod hîc in inf. A. I. nomini نوح a sinistrâ additum siglum, quod in uno quidem exemplo fere ﻊ est, in altero autem potius بلخ refert.

*188.

Aer. rariss. et notab. cus. ibid. eodemque anno 306.

A. I. ut in argent. Infra ﻊ ﻊ

A. II. ut in N. 186.

M. مما امر به الامير نصر بن احمد اعزه الله *Ex iis* (Numis est,) *quos* (cudi) *jussit Emirus Nafr filius A'hmedis, quem Deus illustret.*

*189.

Aer. rariss. et notabiliss. cus. et ipse بسمك eodemque anno وثلثماية (in uno ex. سب) ست

A. I. ut in arg. Supra ornamentum est, infra محمد *Mu'hammed.*

A. II. ejusque M. ut in N. 186.

*190.

Cus. in Schasch سنة سبع وثلثماية *anno trecentesimo septimo.* (a. 307 = Chr. 919,20.)

A. II. inf. *el-Muktedir-billah.* || *Nafr filius A'hmedis.*

*191.

Cus. Samarkandae eodem anno.

A. II. ut in modo laudato N. 190.

*192.

N. notab. cus. باندرابة سنة سبع وثلثية *Enderabae a. trecentesimo septimo.*

In inf. A. I. احمد بن سهل *Ahmed filius Sahli.*

A. II. inf. *el-Muktedir-b.* ‖ *Nasr f. A.* et inferius س

Est exemplum (192, a.), in quo copula ante ثلثية abest.

193.

N. rar. et notab. cum antecedente 192 conveniens, nisi quod hic in inf. A. I. احمد بن اسمعيل *Ahmed filius Isma'ilis*, (pro — Sahli.)

*194.

N. rar. cus. بنيسابور *Nisabur* eod. anno سبع وثلثاية

A. II. inf. *el-Muktedir-b.* ‖ *Nasr f. A.*

In utrâque A. infimâ semicirculus ad hanc fere speciem ب cernitur.

*195.

Cus. in Schasch سنة ثمان وثلثاية *anno trecentesimo octavo.* (a. 308 = Chr. 920, 1.)

In nonnullorum exx. A. I. supr. est ه, in alio infra ه, in alio utroque loco.

A. II. *el Muktedir-billah* ‖ *Nasr fil. Ahmedis.*

*196.

Cus. Samarkandae eodem anno.

A. II. ut in N. 195.

*197.

Cus. Enderabae anno eod. ثمان ثلثة, scil. tam ultima sylla-ba ية quam copula و deest.

A. II. inf. *el-Muktedir-b.* ‖ *Nasr f. A.*

*198.

Numi proxime antecedentis 197 exemplum diffractum, in quo ثمن ثامية, et in imâ A. II. در evanidum.

*199.

Ejusdem Numi exemplum, in quo recte ثمان وثلثية, in utrâque autem infimâ Areâ در

*200.

Aer. rariss. cus. بخارا سنة ثمان وثلثماية *Bocharae anno trecentesimo octavo.*

A. I. ut in argenteis.

A. II. *Deo!‖Mu'h.‖Apost. Dei est.‖*نصر بن احمد *Nasr filius A'hmedis.*

M. مما امر به الامير السيد نصر بن احمد اعزه الله *Ex iis* (Numis est), *quos* (cudi) *jussit Emirus Dominus Nasr filius A'hmedis, quem Deus illustret.*

*201.

N. aer. rariss. et notab. cus. eodem anno. Loci nomen deletum, Bocharam fuisse puto.

A. I. ut in argent.

A. II. *Deo!‖Mu'h‖est Ap.‖Dei.‖*نوح *Nu'h.*

M. : : امر به الا : : : : : : ل ايده : :

202.

Cus. in . . . . . (corruptum et turbatum est nomen loci) سنة ثمان ثلث :

A. II. *el-Muktedir-b.‖Nasr f. A.* oblitteratis fere ductibus.

*203.

Cus. وثلثية (an v. تسع ?) ببلخ سنة ثمان *in Balch (?) anno trecentesimo octavo* (an vero: *nono?*) Turbatus est hic Margo int.

In inf. A. I. احمد *Ahmed.*

A. II. inf. *el-Muktedir-b.*‖*Nasr f. Ahmedis*, et inferius س

*204.

Cus. in Schasch سنة تسع وثلثماية *anno trecentesimo nono.* (a. 309 = Chr. 921, 2.)

Est, in cujus A. I. supremâ duo puncta •• in aliis duobus eodem loco • cernitur.

A. II. inf. *el-Muktedir-billah.*‖*Nasr fil. Ahmedis.*

205.

Cus. Samarkandae anno eodem.

A. II. ut in prox. praecedente N.

*206.

Cus. بمدينة بلخ سنة تسع (سبع aut) وثلثة *in urbe Balch anno trecentesimo nono*, an *septimo*, dubium est.

A. II. eadem nomina, ac proxime antecedens, continere videtur. Evanida sunt. Infra flosculus cernitur.

*207.

Cus. بنيسابور *in Nisabur* anno تسع وثلثماية *trecentesimo nono.*

In supr. A. I. ء

A. II. inf. *el Muktedir-billah.*‖*Nasr fil. Ahmedis.*

LEILA FILIUS NO'MANI,

Emirus 'Alidicus.

*1.

N. unicus, notatu dignissimus. A. I. *Non est deus, nisi* ‖ *Deus. Mu'hammed* ‖ *Apostolus Dei est.*

M. int. بسم الله ضرب هذا الدرهم بنيسابور سنة تسع وثلثماية *In nomine Dei! Cusus est hic Dirhem in Nisabur anno trecentesimo nono.* (a. 309 = Chr. 921, 2.)

M. exter. لله الامر *Dei est imperium* etc.

A. II. (sic (لليلى ‖ لله ‖ المؤيد لدين ‖ الله المنتصر ‖ لآل رسول الله ‖ ليلى ‖ بن نعمان *Deo (celebrando!)* ‖ *Confirmator religionis* ‖ *divinae, defensor* ‖ *gentis Apostoli divini,* ‖ *Leila filius No'mani.*

M. افمن يهدى الى الحق احق ان يتبع امن لا يهدى الا ان يهدى فما لكم كيف تحكمون *Num itaque qui ad veritatem* (aeternam homines) *dirigit, dignior est cui adhaereatur, an is, qui non dirigit, nisi dirigatur* (ipse)? *Vos ergo, quid est, quod ita judicetis?*

---

*) Hic etsi ad principes Samanidicos non pertineat, ob locum monetae et aetatem hic inserere, quam separatum producere malui.

Iam porro recensentur

NASRI FILII A'HMEDIS SAMANIDAE

Numi.

208.

Cus. in Schasch سنة عشر وثلثماية *anno trecentesimo decimo.* (a. 310 = Chr. 922, 3.)

A. II. inf. المقتدر بالله || نصر بن احمد *el-Muktedir-billah.* || *Nafr filius A'hmedis.*

209.

Cus. Samarkandae anno eodem.

A. II. eadem, quae Numi 208.

*210.

Cus. = = = (sic عس) باندرابة سنة عشر *Enderabae anno = = decimo.*

A. II. eadem, quae N. prox. anteced. sed oblitterata. Infimo loco • est

*211.

Similis proxime antecedenti, nisi quod hîc omisso سنة esse videtur وثلثماية (sic عس) عشر

In inf. A. I. د vel ؟, in inf. A. II. •

*212.

Similis N. ibidem eodemque anno cusus, ut videtur. In utrâque autem inf. A. د vel ؟ adest.

*213.

Cus. in Schasch سنة احدى عشر وثلثماية *anno trecentesimo undecimo.* (a. 311 = Chr. 923,4.) Moneo عشر male scriptum esse pro عشرة

A. II. inf. *el-Muktedir-billah.*‖*Nafr fil. Ahmedis.*

214.

Cus. Samarkandae eodem anno احدى عشرة وثلثماية

A. II. ut in N. 213.

215.

Cus. in Schasch سنة اثنا عشر وثلثماية *anno trecentesimo duodecimo.* (a. 312 = Chr. 924, 5.) Not. اثنا عشر pro اثنتى عشرة scriptum.

A. II. ut in N. 213.

*216.

Rar. cus. in Schasch سنة ثلث عشرة وثلثماية *anno trecentesimo decimo tertio.* (a. 313 = Chr. 925, 6.)

A. II. inf. *el-Muktedir-billah.*‖*Nafr fil. Ahmed...*

*217.

Cus. Samarkandae eodem anno, iisdemque, etiam in A. II, titulis.

*218.

Rar. cus. Samarkandae سنة خمس عشرة وثلثماية *anno trecentesimo decimo quinto.* (a. 315 = Chr. 927, 8.)

In. inf. A. I. ع fuisse videtur.

A. II. inf. *el-Muktedir-b.*‖*Nafr fil. Ahmedis.*

219.

N. aer. cus. Bocharae eodem anno خمس عشرة وثلثمئة

A. I. ut in argent.

A. II. *Deo!*‖*Mu'h.*‖*est Ap.*‖*Dei.* Infimo loco

M. *Dei est imperium* etc. الله excidit. Sed vidi, in quibus aderat.

*220.

N. aer. rariss. et notabiliss. cus. بفره سنة خمس عش وثلثماية *in Ferah* (quae urbs Sedschestaniae est) *anno trecentesimo decimo quinto.* – عش pro عشرة exaratum, atque tam hujus vocis ش, quam س τε خمس miro modo in altum erecta, ut fere ٣ referant reflexo pede.

A. I[ae] eadem ratio, atque argenteorum.

A. II. cum Numo 219 congrua; sed hîc infimo loco نصر *Nasr.*

M. لله (absq. ا) ما امر به الامير السيد نصر بن احمد عزه (Numus hic est) *ex iis, quos* (cudi) *jussit Emirus Dominus Nasr filius A'hmedis, quem Deus illustret.*

*221.

N. aer. rar. cus. Bocharae سنة ست عشرة وثلثماية *anno trecentesimo decimo sexto.* (a. 316 = Chr. 928, 9.)

Reliqua in hoc paria sunt et in N. 219.

*222.

N. aer. rar. modo laudato simillimus, nisi quod hîc inscriptio M. Areae I. litteris retrogradis exarata est, et سالله pro بنصر الله scriptum esse videtur.

*223.

N. aureus Samanidicorum unicus, notabilissimus.

A. I^ae eadem ratio, atque argent. est. Infra stellula *

M. int. بسم الله ضرب هذا الدينر بالمحمدية سنة سبع عشرة وثلثماية *In nomine Dei! Cusus est hic Denarius in el-Muʿhammediâ* (i. e. in Rey) *anno trecentesimo decimo septimo.* (a. 317 = Chr. 929.)

M. ext. *Dei est imperinm* etc.

A. II. لله ‖ محمد ‖ رسول ‖ الله ‖ المقتدر بالله ‖ نصر بن احمد *Deo!* ‖ *Muʿh. est Ap.* ‖ *Dei.* ‖ *el-Muktedir-billah.* ‖ *Nafr filius Aʿhmedis.*

Margini versiculus Koranicus argenteis solemnis inscriptus est.

*224.

Rar. cus. in Schasch سنة تسع عشرة وثلثماية *anno trecentesimo decimo nono.* (a. 319 = Chr. 931.)

In supremâ A. I. م

A. II. inf. *el-Muktedir-billah.* ‖ *Nafr fil. Aʿhmedis.*

*225.

N. aer. rariss. notabiliss. cus. باخسكت سنة عشرين وثلثماية in *Achsiket* (urbe Ferghanae) *anno trecentesimo vigesimo.* (a. 320 = Chr. 932.) Moneo, litteram ش τs عشرين ad modum Ψ formatam esse.

A. I. ut in argent. Infimo autem loco ملك.

A. II. *Deo!* ‖ *Muʿh.* ‖ *est Ap.* ‖ *Dei.* ‖ نصر *Nafr.*

M. ما امر به الامير السيد نصر بن احمد اعزه الله (Hic N. est) *ex iis quos* (cudi) *jussit Emirus Dominus Nafr fil. Aʿhmedis, quem Deus illustret!*

*226.

Rariss. et notabiliss. At nec loci nec anni notationem ex characteribus inconditissimis eruderare licet.

In inf. A. I. قرانكن ut videtur.

In inf A. II. المقتدر = = ‖ نصر بن احمد

*227.

N. cujus utriusque Partis inscriptiones marginales majorem in modum corruptae sunt. Nec locum nec annum certo enucleare licet, quamquam illum aut Enderabam aut Samarkandam esse suspicer.

In imâ A. II. نصر بن احمد || بالله (sic) القدر

*228.

Alius monetae partus monstrosus, cujus et ipsius nec locum nec annum solvere licet.

A. II. inf. نصر بن احمد || اله البدر

229.

N. aer. notab. cus. Bocharae سنة اثنين وعشرين وثلثماية *anno trecentesimo vicesimo secundo*. (a. 322 = C. 934.)

Formula لا اله etc. quae in aliis per versus disposita in ipsâ A. I. est, hic in orbem interiorem circumducta cernitur, cujus in medio ornamentum aliquod.

A. II. *Deo!* || *M.* || *est Ap.* || *Dei.* || Infra est siglum de genere τs ع

M. *Dei est imperium* etc.

*230.

Cus. Samarkandae سنة ست وعشرين وثلثماية *anno trecentesimo vicesimo sexto*. (a. 326 = Chr. 937, 8.)

In inf. A. I. س

A. II. inf. نصر بن احمد || بالله الراضى *er-Rafzi-billah.* || *Nâfr filius A'hmedis.*

N. aer. anni 327 vid. paullo infra sub numero 233.

231.

Cus. in Schasch سنة ثمان وعشرين وثلثماية *anno trecentesimo vicesimo* (?) *octavo*. (a. 328 = Chr. 939, 40.)

A. II. inf. الرا = = بالله ‖ نصر بن احمد *er-Rafzi*-billah. ‖ *Nafr filius A'hmedis*.

*232.

Aer. rar. cus. بفرغانة سنة = = = عشر وثلثماية *in Ferghaná anno trecentesimo decimo* (?) = =

A. I. ut in argent. Supra ع esse videtur.

A. II. infra نصر *Nafr*.

M. *Est ex iis* (Numis), *quos* (cudi) *jussit* = = *Dominus Nafr filius A'hmedis*, quem *Deus* illustret.

---

f) NU'H I. FILIUS NASRI II.

---

*233.

N. aer. rariss. et notab. cus. Bocharae سنة سبع وعشرين وثلثمية *anno trecentesimo vicesimo septimo*. (a. 327 = Chr. 938, 9.)

A. I. ut in argent.

A. II. *Deo!* ‖ *Mu'h.* ‖ *est Ap.* ‖ *Dei.* ‖ نوح *Nu'h*.

M. مما امر به الامير نوح بن نصر اعزه الله (Hic N. est) *ex iis*, *quos* (cudi) *jussit Emirus Nu'h filius Nafri*, *quem Deus illustret*.

Partem anticam typo Nafri filii A'hmedis signatam censeo.

*234.

N. aer. rariss. cus. بفرغانة سنة اثنين وثلثين وثلثماية *in Ferghaná anno trecentesimo tricesimo secundo.* (a. 332 = Chr 943, 4.)

A. I. ut in argent.

A. II. eadem, quae N. 233.

M. مما امر به الامير السيد نوح بن نصر اعزه الله (Hic Numus est) *ex iis, quos* (cudi) *jussit Emirus Dominus Nu'h fil. Nafri, quem Deus illustret.*

*235.

Aer. rariss. et notabiliss. A. I. ut in arg. M. = = = = ضرب = = الفلس بفرغانة ملك سنة اثنين = = = In nomine Dei! *Cudit* hunc *Filsum Ferghanae Melik anno* = = = = *secundo.* (a. 332 ?)

A. II. et M. cum proxime praecedenti N. 234. convenit.

*236.

N. aer. rar. et notab. c. Bocharae سنة ثلث وثلثين وثلثماية *anno trecentesimo tricesimo tertio.* (a. 333 = Chr. 944, 5.)

A. I. eadem, quae argenteorum. *)

A. II. nil continet, nisi عبد||الملك *'Abd-||ul-melik.* Infra siglum, quod hîc parum abest, quin ملح transcribendum censeam.

M. مما امر به الامير السيد نوح بن نصر مولى امير المو (Est hic Numus) *ex iis, quos* (cudi) *jussit Emirus Dominus Nu'h filius Nafri, Assecla* (maula) *Emiri Fidelium.* Excidit منين

*237.

N. aer. similis proxime praemisso 236, nisi quod hîc in P. I. منالفلس male et وثلثمية plene.

In inf. A. II. siglum potius ad similitudinem τε ج accedit, in M. autem اعزه الله pro مولى امير المومنين est.

*) Scil. لا اله الا || الله وحده || لا شريك له *Non est deus, nisi||Deus unicus,||cui aequalis nemo.* Quam horum Numorum aereorum cum argenteis convenientiam hîc extremo annotasse sufficiat.

238.

N. aer. cum modo laudato 237 convenit, nisi quod hîc urbis mentio nulla, et recte هزا الفلس

*239.

N. aer. rar. et notab. proxime praecedenti 238 simillimus, si a siglo in imâ A. II. obvio recesseris, cujus locum hîc occupat ؎ , et ab ejusdem M. ubi مما امر به الامير نوح بن نصر مولى امير المومنين

*240.

N. aer. rar. et notab. cus. Bocharae سنة اربع وثلثين وثلثمية *anno trecentesimo tricesimo quarto.* (a. 334 = Chr. 945, 6.)

In A. II. solum nomen *'Abd-||ul-melik,* et infra siglum ad similitudinem τϐ ع accedens.

M. (Est hic N.) *ex iis, quos* (cudi) *jussit Emirus Dominus Nu'h filius Nasri, quem Deus illustret.*

*241.

Aereus Numo proxime praecedenti congruens, exceptâ aerae notâ, quae hîc corrupta ثلثمية (vel ولن) اربع ثلن quamquam med. voc. et pro وار habere liceat.

*242.

Aer. rariss. et notab. Numo 241 modo laudato congruens, nisi quod hîc in A. II. لله || محمد || رسول الله || عبد الملك infra quae siglum ad similit. τϐ ع accedens.

243.

Rar. et notab. cus. Bocharae سنة ست وثلثين وثلثماية *anno trecentesimo tricesimo sexto.* (a. 336 = Chr. 947, 8.)

In supremâ A. I. punctum grossum, in imâ eâdem oblitterata vestigia. (h. d. نصر نصر)

In inf. A. II. (sic pro بالله) المستكفى لله *el-Mustecfi-lillah* (pro billah; qui jam a. 334 chalifatu exutus) et نوح بن نصر *Nu'h filius Nafri.*

244.

N. aer. rar. notabiliss. cus. Bocharae anno eodem ست وثلثين وثلثمية Excidit ية in uno ex. ob spatii angustiam.

In supr. A. I. in uno ∘, in alt. ornam. est.

A. II. *Deo.*‖*Mu'h.*‖*est Ap.*‖*Dei.* Infimo loco vocabulum est, quod حازمى vel حارمى vel حارملى vel حارمنى vel حارملى aliisve modis legere licet.

In M. لله الامر etc. ubi item ob spatii angustiam, in uno exemplo الله, in altero ال post بنصر excidit.

*245.

Aereus rar. notab. cus. ibid. eod. anno. Hîc quoque وثلث

In supr. A. I. ∘

A. II. *Deo!* etc. Inferius loco nominis, quod ad N. 244 notavimus, est ح

M. ut in N. praecedenti. Hîc autem بنصره pro بنصر الله est.

*246.

N. aer. rariss. et notabilissim. M. ext. ضرب هذا الفلس بنصراباد ⸗ ⸗ ⸗ الامير ⸗ ⸗ ⸗ ك ⸗ اعزه الله — *cudit hunc Filsum in Nafr-abad Emirus* ⸗ ⸗ ⸗ *quem Deus illustret*, M. int. (الجار?) على يدى الحسين ابن النمار سنة سب ⸗ ⸗ ⸗ ين وثلثماية *curante el-'Huseino filio en-Nemari* (?) *anno trecentesimo* ⸗ ⸗ ⸗ *sexto.* (336.)

A. II. لله|محمد|رسول الله|الامير السيد|نوح بن نصر *Deo!*‖*Mu'h.*‖*Apost. Dei est.*‖*Emirus Dominus*‖*Nu'h filius Nafri.*

M. ⸗ ⸗ ⸗ ⸗ ⸗ مير ملك بن ⸗ كر تكين مولى ⸗ ⸗ ⸗ ⸗ Vid. N. 260.

247.

N. notab. cus. Samarkandae سنة سبع وثلثين وثلثماية anno *trecentesimo tricesimo septimo.* (a. 337 = Chr. 948, 9.)

In inf. A. I. ع ع

A. II. inf. المستكفى بالله *el-Mustecfi-billah* (qui jam anno 334 chalifatu exutus) et نوح بن نصر *Nu'h fil. Nasri.*

*248.

Aer. rariss. et notabiliss. cus. Bocharae eodem anno.

A. II. *Deo!||Mu'h.* etc. et inferius idem nomen, ac in N. 244, vel حازمی vel alio modo legendum.

M. *Dei est imperium* etc. in quo versic. لله pro الله

*249.

Aereus rariss. et notabiliss. cus. Bocharae anno eodem.

In A. I. supremâ, in uno quidem exemplo, ornamentum cernitur.

A. II. *Deo!||Mu'h.||est Ap.||Dei.* Infimo loco vocabulum exstat, quod in altero ex. vel السل vel السك vel الشك vel النبيل vel النبيك aliisve adeo modis in Neschicum transferre licet, in altero autem potius اسد transcripseris.

In M. بنصر الله in uno quidem exemplo excidit, in altero pro eodem est نصر

*250.

Aereus rariss. cus. ibid. eod. anno.

A. II. *Deo!||Mu'h.* etc. Infra ع

M. *Dei est imp.* etc. in quo extr. ء pro الله

*251.

Aereus rariss. et notab. in omnibus similis Numo 250 modo laudato, nisi quod hîc inf. A. II. siglum ع– in M. autem بنصر pro بنصر الله

*252.

Aereus rariss. et notabilissim. M. بسم الله ضرب هذا الفلس بفرغانة ملك سنة سبع وثلث *In nomine Dei! Cudit hunc Filsum in Ferghaná Melik anno septimo et tric* — Reliqua loci angustia non cepit. Dubium autem non est, quin N. sit anni 337.

A. II. *Deo!*‖*Mu'h.*‖*est Ap.*‖*Dei.* Infra autem نوح ع

M. مما امر به الامير السيد نوح بن نصر اعزه الله *Est ex iis* (Numis), *quos* (cudi) *jussit Emirus Dominus Nu'h fil. Nasri, quem Deus illustret.*

*253.

Aereus rariss. notabilissim. qui et ipse, ut proxime praecedens, in M. Partis I^ae^ بفرغانة ملك prae se ferre videtur, et annum سبع وثلثين و omisso numerali centenario.

A. II. inf. نوح Cetera, in M. etiam, eadem sunt, quae in N. 252 modo laudato.

254.

N. notab. cus. **Samarkandae** سنة ثمان وثلثين وثلثماية *anno trecentesimo tricesimo octavo.* (a. 338 = Chr. 949, 50.)

In inf. A. I. ع ع

A. II. inf. المستكفى بالله *el-Mustecfi-billah* (de quo redi ad N. 247) et نوح بن نصر *Nu'h fil. Nasri.*

255.

N. notab. cus. **Bocharae** سنة ثمان و = = = وثلثماية *anno trecentesimo = = = octavo* (a. 338.)

A. II. eadem, quae Numi modo laudati 254.

*256.

Aereus rar. cus. **ibidem** سنة ثمان (h. l. و deest) ثلثين وثلثمية *anno trecentesimo tricesimo octavo.*

A. II. *Deo!*‖*Mu'h.*‖*est Ap.*‖*Dei.*

M. الامر لله etc. in quo versiculo pro بنصر الله non est nisi نصر

*257.

Aereus rar. et notab. congruens proxime praecedenti, nisi quod hic in inf. A. I. سد =

*258.

Aereus rar. cus. Bocharae سنة تسع وثلثين وثلثمية *anno trecentesimo tricesimo nono.* (a. 339 = Chr. 950, 1.)

A. II. evanida, لله cum alterâ symb. Sunn. parte, infra نوح prae se tulisse videtur, nisi forte sit siglum

M. الامر لله etc. omisso الله in fine.

259.

N. notab. cus. Samarkandae سنة اربعين وثلثماية *anno trecentesimo quadragesimo.* (a. 340 = Chr. 951, 2.)

In imâ A. I. sitne ع bis positum, an geminus flosculus, incertum.

A. II. inf. المستكفى بالله *el-Mustecfi-billah* (qui quidem Chalifa jam a. 334 depositus, a. 338 mortuus est) et نوح بن نصر *Nu'h filius Nafri.*

*260.

N. aer. rarissimus et notabilissim. A. I. *Non est deus, nisi*‖ *Deus, unicus,*‖ *cui aequalis nemo.*

M. exterior: بسم الله ضرب هذا الفلس بنصراباد الامير بكر بن ملك الله (pro اعزه ? an عبد ?) عزه *In nomine Dei! Cudit hunc Filsum in Nafr-abad* (qui Nisaburi urbis vicus est) *Emirus Bekr filius Meliki, quem Deus gloriâ et potentiâ augeat,*

M. int: على يدى بغسين (?) بن النمر (?) ايده الله سنة احدى واربعين وثلثماية *curante Boghsin* (?) *filio en-Nemiri* (?), *quem Deus corroboret, anno trecentesimo quadragesimo primo.* (a. 341 = Chr. 952, 3.)

A. II. لله || محمد || رسول الله || الامير السيد || نوح بن نصر Deo! || Mu'h. || Ap. Dei est. || Emirus Dominus || Nu'h filius Nasri.
M. مما امر به الامير ملك بن سكر تكين مولى امير المومنين (Est hic Numus) ex iis, quos (cudi) jussit Emirus Melik filius Süger (? an Segin ?)-Tegini, assecla (maula) Emiri Fidelium.

261.

N. rar. et notab. cus. Samarkandae سنة اثنى (sic) واربعين وثلثماية anno trecentesimo quadragesimo secundo. (a. 342 = Chr. 953, 4.)
In imâ A. I. ع ع
A. II. inf. el-Mustecfi-billah (de quo redeas sis ad N. 259). || Nu'h filius Nasri.

*262.

Aereus rar. et notab. cus. بفرغانة سنة (?) اربع (?) ثلثمية Ferghanae anno trecentesimo quarto (?). Aera admodum dubia. Fieri potest, ut in priori numerali اربعين lateat.
A. II. fere evanida videtur continuisse: لله || محمد || رسول الله, subjecto infra نوح
In M. restant: : ما امر : : : : ن نوح نصر ايده (?) : : Not. بن ante نصر desiderari.

---

g) 'ABD-UL-MELIK I. FILIUS NU'H I[i].

*263.

N. aer. rar. cus. بفرغانة (?) سنة اربع واربعين ثلثه Ferghanae (?) anno trecentesimo quadragesimo quarto. (a. 344 = Chr. 955, 6.)
A. II. Deo! || Mu'h. || est Ap. || Dei. || ع
M. مما : : لامير عبد الملك بن نوح مولى امير المومنين (Est hic N.) ex iis, quos (cudi) jussit Emirus 'Abd-ul-melik filius Nu'hi, assecla Emiri Fidelium.

*264.

N. aer. rariss. notab., sed valde attritus, cus. Bocharae سنة خمس واربعين وثلثماية *anno trecentesimo quadragesimo quinto.* (a. 345 = Chr. 956, 7.)

M. exterior (nam duplex adest) versiculum Kor. لله الامر &c. continet.

A. II. praemissis لله et محمد &c. Chalifae (ut videtur) nomen evanidum sistit eique subiectum عبد الملك || بن نوح *'Abd-ul-melik || fil. Nu'hi.*

M. ut in argent.

265.

Rar. et notab. cus. in Schasch (?) سنة سبع واربعين وثلثماية *anno trecentesimo quadragesimo septimo.* (a. 347 = Chr. 958, 9.)

In supr. A. I. عبد

A. II. praemissis praemitt. المطيع لله || عبد الملك || بن نوح *el-Muti'-lillah.* || *'Abd-ul-melik* || *filius Nu'hi.*

266.

N. aer. rar. et notab. cus. Bocharae anno eod. In alt. ex. وثلثمية est

In inf. A. I. مكس

A. II. لله || محمد || رسول الله || الامير السيد || عبد الملك || بن نوح *Deo!* &c. || *Emirus Dominus* || *'Abd-ul-melik* || *filius Nu'hi.* In alt. exemplo: عبد الملك بن || نوح

M. *Dei est imperium* &c. In alt. ex. المومنو| eliso ن

*267.

Aer. rar. cus. ibidem, sed incertum anno 347 an 349.

In supr. A. I. • punctulis circumdatum.

P. aversa convenit Numo prox. praecedenti. In M. الله excidit.

268.

N. rar. et notab. cus. Bocharae سنة ثمان واربعين وثلثماية *anno trecentesimo quadragesimo octavo.* (a. 348 = C. 959, 60.)
In supr. A. I. حب
A. II. p. p. المطيع لله || عبد الملك || بن نوح *el-Muti'-lillah.* || *'Abd-ul-melik* || *fil. Nu'hi.*

*269.

N. aer. rariss. et notabilissim. cus. ibidem anno eodem ان واربعين وثلثماية.
In supr. A. I. ✱ infra autem مكس
A. II^{ae} inscriptio artificiosius disposita. In medio denuo occurrit مكس cinctum a لو (seu بو fort. ابو) quater repetito, extra quod نصر من الله وفتح قريب *Auxilium a Deo* (venit) *et victoria instans,* in orbem disposita sunt.
M. لله الامر &c.

*270.

N. aer. rariss. et notab. cus. ibidem eodemque anno.
In inf. A. I. مكس
A. II. *Deo!* || *Mu'h.* || *Ap. Dei est.* || *Emirus Dominus* || *'Abd-ul-melik* || *filius Nu'hi.*
M. لله الامر &c.

271.

Aer. rar. et notab. cus. Bocharae سنة تسع واربعين وثلثماية *anno trecentesimo quadragesimo nono.* (a. 349 = C. 960, 1.)
In supr. A. I. punctum sex aliis cinctum, in inf. نصر
A. II. *Deo!* || *Mu'h.* || *Apost. Dei est.* || الملك الموفق *el-Melik el-muwaffek* (seu Rex a Deo secundatus). Infra siglum haud absimile τῳ ع
M. لله الامر &c.

*272.

Aer. rar. notabil. In supr. A. I. ∘ cum apice in summo, in inf. eâd. A. نصر

In M. idem versiculus Koranicus لله الأمر من بعد &c. qui in M. Partis aversae, quae quidem Numo proxime praecedenti convenit.

*273.

N. aer. rariss. notab. cus. Bocharae سنة خمسين وثلثماية *anno trecentesimo quinquagesimo*. (a. 350 = Chr. 961, 2.)

In inf. A. I. idem نصر, quod in duobus N. prox. praecedentibus, adesse videtur.

A. II. cum M. iisdem modo laudatis Numis congruit, si a siglo recesseris, quod hic non adest; adde, quod الملك || الموفق hîc duos occupat versus.

*274.

N. aer. rariss. notab. In inf. A. I. طاهر

M. = = الله ضرب هذ الفلس (sic) بيخارا سنة = = = = M.

A. II. inf. عبد الملك || بن نوح

M. مما امر به الامير السيد = = = = = ايده الله .M

*275.

N. aer. rariss. notab. cus. et ipse Bocharae, et anno oblitterato.

In inf. A. II. eadem, quae in N. 274.

M. = امر به الامير السيد = = ملك الى(?)اله = = = = = M.

h) MANSUR I. FILIUS NU'HI I[i].

*276.

N. aer. rar. et notab. cus. Bocharae سنة اثنين وخمسين وثلثماية *anno trecentesimo quinquagesimo secundo.* (a. 352 = C. 963.)
In supr. A. I. ornamentum, infra autem الملك || المظفر *el-Melik* || *el-muszaffer* (s. Rex perpetuo victor, adjuvante Deo).
A. II. p. p. منصور || بن نوح *Manſur* || *filius Nu'hi.*
M. *Dei est imperium* &c.

*277.

Aer. rariss. et notab. Numo modo laudato conveniens, praeterquam quod hîc in supr. A. I. به In M. P. IIae الله excidit.

*278.

Aer. rar. et not. similis N. 276, nisi quod hîc الملك المظفر uno versu comprehendatur et in M. وخمسثلثماية male pro وخمسين وثلثماية sit exaratum.

* 279.

Aer. rar. cus. et ipse Bocharae eod. anno.
In supr. A. I. punctum septem minoribus cinctum.
A. II. ejusque M. ut in N. 276.

280.

Aer. cus. Bocharae سنة ثلث وخمسين وثلثماية *trecentesimo quinquagesimo tertio.* (a. 353 = Chr. 964.)
In supr. A. I. ornamentum.
A. II. inf. *Manſur* || *filius Nu'hi.*
M. *Dei est imperium* &c.

*281.

Aer. rar. cus. ibid. eod. anno 353. Ante الفلس excidit هزا. In inf. A. I. الظفر || الملك *el-Melik* || *el-muſzaffer*.

A. II. ejusque M. ut in prox. praeced.

*282.

N. aer. rariss. notab. A. I. لا اله الا الله وحده per orbem disposita.

M. بسم الله ضر الفلس بخارا سنة ثلث وخمسين وثلثما *In nomine Dei! Cus*(us est hic) *Fils Bocharae anno trecente*(simo) *quinquagesimo tertio*. Exciderunt هزا ب et ية

A. II. cum M. ut in N. praeced. 280, nisi quod hîc in M. لله post بنصر ا desideratur et pro الومنون male scriptum est النون

*283.

Aereus rariss. notab. cujus in mediâ P. I[ae] Areolâ له, et circa eam لا اله الا الله وحده لا يك. Syllabae يك superscriptum est charactere minuto شر, ei praeponendum, ut, quod n Areolâ positum diximus له, eidem postponendum.

M. بسم الله ضرب الفلس بخارا سنة ثلث وخمسين ، ثما *In nomine Dei! Cusus est Fils Bocharae a.* trecentesimo *quinquagesimo tertio*. هزا excidit.

A. II. *Deo!* || *Mu'h.* || *Apost. Dei est.* || *Manſur* || *fil. Nu'hi.*

M. *Dei est imperium* &c. ubi etiam الله excidisse videtur.

284.

Aer. rar. cus. Bocharae سنة اربع وخمسين وثلثمية *anno trecentesimo quinquagesimo quarto*. (a. 354 = Chr. 965.) (Vidi, in quo ثلثمية abest.)

A. II. ejusque M. ut in N. 283, sed hîc الله integrum post بنصر excidit. (Vidi, in quo pro بنصر الله non erat, nisi به vel له)

285.

Aer. rar. cus. ibidem (sic)سنة خمس وخمسين وثلثمة *anno trecentesimo quinquagesimo quinto.* (a. 355 = Chr. 966.)

A. II. *Deo!* &c. Infra: *Manſur* || *filius Nu'hi.*
M. *Dei est imper.* &c.

*286.

Aer. rariss. notabiliss. cus. باخسيكث *in Achsiket* anno eodem. Pro وثلثمية hic est ثلثة

In supr. A. I. vocabulum offertur, quod نامعا vel نامعرا referre videtur.

A. II. *Deo!* &c. Infra: *Manſur filius Nu'hi.*

M. مما امر به الامير منصور بن(?)نامعا الحاجب ايده الله (Numus hic est) *ex iis, quos* (cudi) *jussit Emirus Manſur filius . . . Comes cubiculi, quem Deus viribus augeat.*

*287.

Aer. rar. cus. Bocharae سنة ست وخمسين وثلثماية *trecentesimo quinquagesimo sexto.* (a. 356 = C. 966, 7.)

A. II. *Deo!* &c. *Manſur* || *filius Nu'hi.*
M. *Dei est imp.* &c. Excidit الله

*288.

Aereus rar. notab. congruens Numo 287, nisi quod hic الفلسنة male pro الفلس بخارا سنة

*289.

Aereus rariss. a N. 287 diversus eo, quod in inf. A. I. latere videtur الملك المظفر sed perquam evanidum.

*290.

Aer. rariss. et notabiliss. cus." باخسيكث *in Achsiket* eodem anno 356.

In supr. A. I. . ة. In inf. eâd. احمد *A'hmed*, charactere quidem Neschico.

A. II. evanida: *Deo!* &c. — *Manſur* || *fil. Nu'hi.*

M. evan. ما امر به الأمير منصور بن = = امـا (?) الحاجب(?) ايده الله (Numus est) *ex iis, quos* (cudi) *jussit Manſur filius* = = (cf. N. 286) *quem Deus viribus augeat.*

*291.

N. aer. rar. cus. Bocharae سنة سبع وخمسين وثلث *anno trecentesimo quinquagesimo septimo.* (a. 357 = Chr. 968.)

A. II. *Deo!* &c. — *Manſur* || *filius Nu'hi.*

M. *Dei est imp.* &c. Excidit الله

292.

N. aer.. rariss. et notabiliss. M. بسم الله ضرب هذا الفلس بنخارا على يدى ابى بكر المهزع سنة ثمان وخمسين *In nomine Dei! Cusus est hic Fils Bocharae curâ Abi-Bekri el-muhassidsch* (? le madrigalier?) *anno quinquagesimo octavo* (i. e. 358 = Chr. 968, 9.) Omissum enim est وثلثية, quod non capiebat spatii angustia.

A. II. *Deo!* || *Mu'h.* || *Ap. Dei est.* || *Manſur* || *filius Nu'hi.*

M. ما امر به الأمير السيد الملك المظفر ايده الله (Numus hic est) *ex iis, quos* (cudi) *jussit Emirus Dominus Rex victoriosus, quem Deus viribus augeat.*

*293.

Aer. rariss. et notabilissim. a P. Iâ Numo 292 modo laudato simillimus.

A. II. *Deo!* || *Mu'h.* || *Ap. Dei est.* || الملك المظفر *Rex victoriosus* || *Manſur* || *fil. Nu'hi.*

M. *Dei est imp.* &c.

*294.

Aer. rariss. notabilissim. M. بسم الله ضرب هذ (sic) الفلس ببخارا على يدى ابى بكر سنة ثمان وخمسين وثلثمية *In nomine Dei! Cusus est hic Fils Bocharae curâ Abi-Bekri anno trecentesimo quinquagesimo octavo.*

A. I. quadrato cum lateribus sinuatis inclusa. Infra charactere minutissimo ابى بكر المهزع *el-muhassidsch* Marginis addendum.

A. II. ejusq. M. ut in N. 293.

*295.

Aer. rariss. notabiliss. M. بسم الله ضرب هذ الفلس ببخارا على يدى ابى بكر سنة ثمان وخمسين وثلثمية ut in N. 294. Hic quoque omissum هذا

In supremâ A. I. المهزع litteris minutissimis.

A. II. لله || محمد || رسول الله || منصور || بن نوح ut in N. 292.

M. مما امر به الامير السيد الملك المظفر ايده الله ut in cod. N. 292, ad quem redi.

*296.

Aer. rariss. notabiliss. in P. I. cum proxime antecedenti N. 295 congruens, nisi quod hîc وثلثماية scriptum est, in P. autem II. cum N. 293. Scilicet in A. Manfur titulo الملك المظفر auctus offertur, in M. autem solemnis versiculus لله الامر من بعد &c.

*297.

Aereus rariss. et notabiliss. M. بسم الله ضرب هذا الفلس ببخارا على يدى سنة ثمان وخمسين وثلثماية *In nomine Dei! Cusus est hic Fils Bocharae curâ, anno trecentesimo quinquagesimo octavo.*

In inf. A. I. litteris adeo minutis, ut fere oculum fugiant: ابى بكر المهزع *Abi-Bekri el-muhassidsch*, quae pendent a *curâ* Marginis.

A. II. *Deo!* &c. - - *Rex victoriosus* || *Manfur* || *fil. Nuhi.*

M. *Dei est imper.* &c.

*298.

Aer. rariss. notabiliss. P. I. titulorum eadem ratio est, atque Numi proxime praecedentis 297, nisi quod hìc وثلثماية

A. II. *Deo!* &c. — — *Manſur* || *filius Nu'hî.*

M. مما امر به الامير السيد الملك المظفر اعزه الله *Ex iis* (Numis est), *quos* (cudi) *jussit Emirus Dominus Rex victoriosus*, *quem Deus illustret.*

*299.

Aer. rariss. et notabilissim. cusus ببخارا سنة ثمان وخمسين وثلثماية *Bocharae anno trecentesimo quinquagesimo octavo.*

In inf. A. I. litteris minut. ؞ ؞ ابى بكر *Abi-Bekri* ؞ ؞ in Genitivo, licet على يدى in Margine non adfuerit.

A. II. ut in N. 298.

M. eidem ipsi Numo congruens, nisi quod hìc pro اعزه الله legitur ايده الله

*300.

Aer. rariss. notabilissim. M. بسم الله ضرب هذ (sic) الفلس ببخارا على يدى سنة ثمان وخمسين و ؞ ؞ *In nomine Dei! cusus est hic Fils Bocharae curâ*, *anno* trecentesimo *quinquagesimo octavo.*

In supr. A. I. فايق *Faïk*, in eâdem inf. المهزج *el-muhassidsch* trahendum ad على يدى *curâ* Marginis.

A. II. *Deo!* &c. — — *Manſur* || *filius Nu'hi.*

M. مما امر به الامير السيد الملك المظفر ايده الله *Ex iis* (Numis est), *quos* (cudi) *jussit Emirus Dominus Rex victoriosus*, *quem Deus viribus augeat.*

*301.

Aer. rariss. & notabilissim. cusus ببخارا سنة ثمان وخمسين وثلثماية *Bocharae a. trecentesimo quinquagesimo octavo.* Haec in M. int.

In supr. A. I. فايق *Faïk.*

In M. exteriore: *Dei est imperium* &c.

A. II. بن نوح || منصور || المطيع لله || رسول الله || محمد || لله *Deo!* || *Mu'h.* || *Ap. Dei est.* || *el-Muti'-lillah.* || *Manſur* || *fil. Nu'hi.*
M. مما امر به الامير السيد الملك المظفر ايده الله على يدى ابى بكر المهزع (Est hic N.) *ex iis, quos* (cudi) *jussit Emirus Dominus Rex victoriosus, quem Deus viribus augeat, curâ Abi-Bekri el-muhassidsch.*

*302.

Aer. rariss. notabilissim. Numo modo laudato 301 congruens in omnibus, nisi quod hìc in infimâ quidem A. I. فايق *Faik*, in eàdem autem supremà •

*303.

Aer. rariss. et notabilissim. Numo proxime praecedenti 302 simillimus, praeterquam quod hic in A. II. caret nomine Chalifae المطيع لله

*304.

Aer. rariss. & notabilissim. solemni loci annique notatione carens, ejusque loco exhibens: مما امر به الامير السيد الملك المظفر ايده الله على يدى ابى بكر المهزع (Est hic N.) *ex iis, quos* (cudi) *jussit Emirus Dominus Rex victoriosus, quem Deus viribus augeat, curâ Abi-Bekri el-muhassidsch.*

In supr. A. I. فايق *Faïk.*

A. II. *Deo!* &c. – – *Rex victoriosus* || *Manſur* || *fil. Nu'hi.*

M. *Dei est imper.* &c.

*305.

Aer. rariss. & notabilissim. cus. Bocharae سنة ثمان وخمسين وثلثماية *anno trecentesimo quinquagesimo octavo.*

In supr. A. I. فايق *Faïk*, in eàdem inf. الحاجب? (الحاجب hìc latere haud credo.)

A. II. *Deo!* &c. – – *Manſur* || *fil. Nu'hi.*

M. (Est hic Numus) *ex iis, quos* (cudi) *jussit Emirus Dominus Rex victoriosus, quem Deus viribus augeat.*

306.

Aereus rariss. & notabiliss. a P. I. Numo proxime praecedenti simillimus.

A. II. *Deo!* &c. -- *Rex victoriosus* || *Manſur filius Nu'hi.*

M. *Dei est imperium* &c. eliso الله

*307.

Aer. rar. notab. cus. et ipse Bocharae eodemque a. 358. In supr. A. I. فايق *Faïk.*

A. II.. *Deo!* &c. -- *Manſur* || *fil. Nu'hi.*

M. *Est ex iis* Numis &c. ut in N. 305.

*308.

Aer. rariss. notabiliss. cus. ibidem eodem anno.

In supr. A. I. فايق *Faïk*, in inf. نصر vel بكر

A. II. ejusque M. ut in N. 307.

*309.

Aer. rar. cus. ibidem eodemque anno.

A. II. praemissis praemittendis, *Rex victoriosus* || *Manſur* || *fil. Nu'hi.*

M. *Dei est imperium* &c.

*310.

N. aer. rariss. et notabilissim. M. ext. بسم الله ضر : : : : : ه : : ولح الحاجب (?) والحمد : : : د بن على *In nomine Dei! Cu* : : : : : (f. Ferghanae) *Kilidsch (?) Comes cubiculi* : : : : A'hmed *filius 'Aly.*

M. int. على يدى ابي عبد الله : : ثمان وخمسين وثلثماية *curante Abu* (?) *'Abd-ullah* anno *trecentesimo quinquagesimo octavo.*

A. II. p. p. *el-Melik el-muſzaffer* (?) (s. Rex victoriosus) || *Manſur* || *filius Nu'hi.*

M. ⸗ ⸗ ⸗ ما امر به الا ⸗ ⸗ احمد بن منصور مولى امير ⸗ ⸗ ⸗ (Est hic N.) *ex iis*, *quos* (cudi) *jussit Emirus Aʹhmed filius Manſuri*, *assecla* (maula) *Emiri* Fidelium.

*311.

Aer. rariss. notabiliss. M. ext. - - ضرب هذا الفلس بفرغانة ⸗ ⸗ ⸗ - - - - In nomine Dei! *Cudit hunc Filsum Ferghanæ* - - - - - Sunt eadem atque in N. 310.

M. int. على يدى ابى نصر الصر ⸗ (?) سنة ثمان وخمسين وثلث *curante Abu-Naſr* ⸗ ⸗ ⸗ *anno tre*(centesimo) *quinquagesimo octavo.*

A. II. p. p. *Manſ*ur filius ‖ Nuʹhi.

M. ما امر به الامير ⸗ ⸗ ⸗ ⸗ صور مولى امير المومنين *Hunc* (cudi Numum) *jussit Emirus* ⸗ ⸗ ⸗ ⸗ Man*ſuri*, *assecla Emiri Fidelium.*

*312.

Aer. rariss. notab. cus. Bocharae anno eodem.

In supr. A. I. litt. minutis: يكفى الله

A. II. ut in N. 310. Sed omnia distincte.

M. *Dei est imper.* &c.

*313.

Aer. rariss. notab. cus. ibidem eod. anno.

In M. exteriore: *Dei est imperium* &c.

A. II. inf. *Manſur* ‖ ⸗ ⸗ ⸗

M. (Est hic N.) *ex iis*, *quos* (cudi) *jussit Emirus Domin* ⸗ ⸗ ⸗ ⸗ *victoriosus*, *quem Deus viribus augeat.*

314.

Cus. ببلخ سنة ثـ ـى وخمسين وثلثية *in Balch anno trecentesimo quinquagesimo octavo* (?) (an *primo?*)

In supr. A. I. المظفر *victoriosus.*

A. II. inf. المطيع لله ‖ منصور ‖ بن نوح *el-Mutiʹ-lillah.* ‖ *Manſur* ‖ *filius Nuʹhi.*

*315.

Aer. rar. & notab. cus. Samarkandae سنة تسع وخمسين (sic) وثلثماة anno trecentesimo quinquagesimo nono. (a. 359 = Chr. 969, 70.)

In supr. A. I. حق *veritas*, in inf. ال . . . انى (an بدر) بكر

A. II. *Deo!* ‖ *Mu'h* ‖ *Ap. Dei est.* ‖ *Manſur* ‖ *filius Nu'hi.*

M. مما امر به الامير السيد منصور بن نوح مولى امير المومنين *Ex iis* (Numis est), *quos* (cudi) *jussit Emirus Dominus Manſur filius Nu'hi, assecla Emiri Fidelium.*

*316.

Cus. Samarkandae سنة ستين وثلثماية *anno trecentesimo sexagesimo*. (a. 360 = Chr. 970,1.)

In supr. A. I. عدل *justitia.*

In A. II. p. p. الطيع لله ‖ منصور ‖ بن نوح *el-Muti'-lillah.* ‖ *Manſur* ‖ *fil. Nu'hi.*

317.

N. rar. & notab. cus. in Schasch سنة احد : : : وثلثمية *anno trecentesimo* : : : *primo*. (a. 361 (?) = Chr. 971, 2.)

In supr. A. I. عدل *justitia*, in inf. فايق *Faik.*

A. II. inf. ut in prox. praeced. Numo.

318.

N. aer. rar. cus. Bocharae سنة اثنين وستين وثلثماية *anno trecentesimo sexagesimo secundo*. (a. 362 = Chr. 972, 3.)

A. II. inf. *Manſur* ‖ *fil. Nu'hi.*

M. مما امر به الامير السيد الملك المظفر ايده الله *Est ex iis* (Numis), *quos* (cudi) *jussit Emirus Dominus Rex victoriosus, quem Deus viribus augeat.*

319.

Aer. rar. cus. ibidem, ut videtur, et eod. anno 362, cetera etiam Numo 318 simillimus, excepto A. II^{ae} Marg. in quo hîc لله الامر &c.

320.

Aer. rar. cusus et ipse Bocharae, سنة ثلث وستين وثلثماية *anno trecentesimo sexagesimo tertio.* (a. 363 = Chr. 973, 4.)

In supr. A. I. flosculus.

A. II. ejusque M. ut in N. 318.

321.

Aer. rar. cus. ibidem سنة اربع وستين وثلثماية *anno trecentesimo sexagesimo quarto.* (a. 364 = Chr. 974, 5.)

In supr. A. I. •

A. II. inf. *Manſur* || *fil. N.*

M. *Est ex iis* (Numis), *quos* (cudi) *jussit Emirus Dominus Rex victoriosus*, *quem Deus viribus augeat.*

*322.

N. aer. rar. & notab. cus. بطغا : : سنة خمس وستين و : : : *in Taghama* (?) (qui pagus est Bocharensis) *anno* trecentesimo *sexagesimo quinto.* (a. 365 = Chr. 975, 6.)

In inf. A. I. tantum non deletâ quid nominis fuerit, jam non dixerim.

A. II. p. p. الله : : : || منصور || بن نوح *Rex* victoriosus (?) || *Manſur* || *fil. Nu'hi.*

M. *Dei est imperium* &c.

i) NU'H II. FILIUS MANSURI Iⁱ

***323.**

Rariss. notabiliss. cus. باندرابة سنة ست وستين وثلث ماية *Enderabae anno trecentesimo sexagesimo sexto.* (a. 366 = Chr. 976,7.)

In supr. A. I. فايق *Faïk*, inf. autem عدل *justitia* s. *aequitas.*

A. II. ربی الله || محمد || رسول الله || المط = = لله || نوح بن منصور || = = ف *Dominus meus Deus est.* || *Mu'h.* || *Ap. Dei est.* || *el-Muti'-lillah.* || *Nu'h filius Manfuri.* || el-muscharre*f.*

M. ان الذ (sic) یکنزون الذهب والفضة ولا ینفقونها فی سبیل الله فبشرهم بعذاب الیم *Illis, qui quod condunt aurum et argentum pios in usus non erogant, poenam denuntia dolorificam.* (ex Kor. 9 : 34.)

***324.**

Aer. rariss. & notab. cus. ببلخ سنة ثمان وستين وثلثماية *in Balch anno trecentesimo sexagesimo octavo.* (a. 368 = Chr. 978, 9.)

In supr. A. I. الامير *Emirus*, in eâd. inf. فاىر quod pro فايق *Faïk* habendum ex alio ex. intellexi.

A. II. inf. نوح بن منصور *Nu'h fil. Manfuri.*

M. *Dei est imper.* &c. in quo vers. الله exulat.

***325.**

Aer. rariss. & notab. cus. ibidem et eodem anno.

In P. I. Areolâ mediâ circulo et quadrato formatâ فايق *Faïk*, extra quadratum, supra quidem الامير *Emirus*, ad reliqua autem latera لا اله الا || الله وحده || لاشريك له

P. II. Numo 324 congruit, nisi quod hîc in inf. A. vocabuli alicujus (f. عدل) obscurum vestigium cernitur inque Margine الله adest.

*326.

Aer. rariss. & notab. cus. ibidem eodemque anno 368.
In A. I. supr. & inf. quae fuere, deleta sunt.
A. II. eadem, quae N. 324.
M ارسله بالهدى ودين الحق ليظهره على الدين كله *Misit eum, ut directionem & religionem veram, quâ instructus est, omnibus religionibus superiorem redderet.*

*327.

N. aer. rariss. & notab. cus. et ipse in Balch et fortasse eodem anno 368 سنة ثمان و ... وثلثا Post وثلثا cernitur الامير *Emirus*, referend. ad فايق *Faïk*, quod in mediâ stellâ pentagonâ, ex nomine محمد quinquies repetito artificiose constructâ, legitur.
A. II. *Nu'h fil. Manſuri*, et inferius عدل *justitia.*
M. *Dei est imperium* &c.

*328.

N. aer. rariss. & notab. cus. ibidem, ut videtur, fortasse et ipse anno 368 سنة ثمان و ......
A. I. in stellâ pentagonâ similiter, ac in N. praecedente, formatâ الامير || فايق *Emirus* || *Faïk.*
A. II. & M. ut in N. 327, nisi quod ل τε عدل hîc inversa esse videtur.

329.

Aer. rar. cus. Bocharae سنة اربع وسبعين وثلثماية *anno trecentesimo septuagesimo quarto.* (a. 374 = Chr. 984, 5.)
In supr. A. I. • punctis circumd.
A. II. inf. p. p. نوح بن منصور *Nu'h fil. Manſuri.*
M. مما امر به الامير السيد الملك المنصور ايده الله (Est hic N.) *ex iis, quos* (cudi) *jussit Emirus Dominus el-Melik el-manſur* (s. Rex perpetuo victor), *quem Deus viribus augeat.*

330.

Aer. rar. simillimus Numo proxime praecedentî, nisi quod hîc in supr. A. I. solum •, in inf. A. II. نوح *Nu'h*, absque nomine patris.

331.

Aer. rar. cus. Bocharae سنة خمس وسبعين وثلثمية *anno trecentesimo septuagesimo quinto*. (a. 375 = Chr. 985, 6.)

A. II. inf. *Nu'h filius Manſuri.*

M. ut in N. 329.

*332.

Aer. rar. cus. ibidem eod. que anno, cetera quoque N. proxime praecedenti similis, praeterquam quod hîc in A. II. inf. solum nomen نوح *Nu'h.*

*333.

Aer. rar. cus. Bocharae سنة ست وسبعين ثلثمية *anno trecentesimo septuagesimo sexto*, (omissâ copulâ posteriore). (a. 376 = Chr. 986, 7.)

A. II. inf. نوح *Nu'h.*

M. مما امر به الامير السيد الملك المنصور ايده الله (Est hic N.) *ex iis, quos* (cudi) *jussit Emirus Dominus Rex perpetuo victor, quem Deus viribus augeat.*

*334.

Aer. rariss. notab. cus. Bocharae anno eodem ست و سبعين وثلثمية

In supr. A. I. ب, in eâd. inf. سهل *Sahl.*

A. II. inf. litteris minutis نوح بن منصور *Nu'h filius Manſuri.*

M. ut in N. prox. praeced.

*335.

Aer. rariss. notab. cus. ibidem eodemque anno ست وسبعين وثلثمية

In supr. A. I. حسبى الله *Sufficientia mea Deus est*, in eâd. inf. سهل *Sahl;* utrumque litt. minut.

A. II. inf. النصر ut videtur, litt. minut.

M. مما امر به الامير السيد الملك نوح بن منصور ايده الله (Est hic N.) *ex iis, quos* (cudi) *jussit* Emirus *Dominus Rex Nu'h filius Mansuri* (?), *quem Deus viribus augeat.*

*336.

Aer. rariss. notab. cus. et ipse Bocharae anno eodem.

In supr. A. I. سهل الله litteris minut.

A. II. inf. *Nu'h filius Mansuri.*

M. مما امر به الامير السيد الملك المنصور ايده الله (Est hic N.) *ex iis, quos* (cudi) *jussit* Emirus *Dominus Rex perpetuo victor, quem Deus viribus augeat.*

337.

Aer. rar. cus. ibidem eod. anno ست وسبعين وثلثما, neglecto ية A. II. ejusque M. ut in N. 336.

*338.

Aer. rar. cusus et ipse Bocharae سنة سبع وسبعين وثلثماية *anno trecentesimo septuagesimo septimo.* (a. 377 = Chr. 987, 8.)

A. II. ejusque M. ut in N. 336.

339.

Aer. rar. prox. praecedenti similis, nisi quod hîc in supr. A. I. flosculus, in inf. A. II. solum nomen نوح *Nu'h.*

*340.

Aer. rar. cus. Bocharae سنة ثمان وسبعين وثلثمية *anno trecentesimo septuagesimo octavo.* (a. 378 = Chr. 988, 9.)

In supr. A. I. .o.

A. II. inf. نوح *Nu'h.*

M. مما امر به الامير السيد الملك المنصور ايده الله (Est hic N.) *ex iis, quos* (cudi) *jussit Emirus Dominus Rex perpetuo victor, quem Deus viribus augeat.*

*341.

Aer. rariss. & notabiliss. cus. بهراة *in Herat* سنة ثمان وسبعين وثلثمية *anno trecentesimo septuagesimo* (?) *octavo.*

A. I. supr. الحسن *el-'Hasan*, in uno ex. حسن absq. articulo. Inf. بن علي *filius 'Aly.*

A. II. p. p. نوح بن منصور *Nu'h filius Manſuri.*

M. مما امر به الامير الجليل المظفر ابو علي محمد بن ناصر الدولة (Est hic N.) *ex iis, quos* (cudi) *jussit Emirus illustris victoriosus Abu-'Aly Mu-'hammed filius Naſir-ed-daulæ.*

342.

Aer. rar. notab. cus. Bocharae سنة تسع وسبعين وثلثة *anno trecentesimo septuagesimo nono.* (a. 379 = Chr. 989, 90.)

In supr. A. I. بك vel لك, vel بل &c. in eâd. imâ سهل ut videtur.

A. II. ejusque M. ut in N. 340.

*343.

Aer. rar. prox. praecedenti congruens, nisi quod hîc سهل in inf. A. I. desideratur.

*344.

Aer. rar. notab. similis Numo 342, nisi quod pro بك illo in supr. A. I. aliud nescio quod vocabulum occurrit.

*345.

Aer. rar. & notab. cus. Bocharae سنة ثمانين وثلثماية *anno trecentesimo octogesimo.* (a. 380 = Chr. 990, 1.)

In supr. A. I. لك vel لك vel مل

A. II. inf. *Nu'h.*

M. ut in N. 340.

*346.

Aer. rariss. & notabiliss. cus. ibidem سنة ثلث و ... وثلثماية *anno trecentesimo ::: tertio.*

In supr. A. I. عونكه vel عونك (?عويدة)

A. II. inf. نوح *Nu'h.*

P. II.	ضرب	*Moneta*
	حاجى	*Hadschi-*
	ترخان	*Terchan*[1].
	=١٧	=17. (in ex. F. 817 = C. 1414, 5.)

Est, in quo hæc posterior anni nota non addita fuisse videtur.

*2.

P. I.	السلطان	P. II.	= =
	چکر = خا =		حاجى
	الا = ظ =		ترخان

*3.

et F. N.

P. I.	السلطان الا	*Sultanus su-*	P. II.	ضرب	*Moneta*
	عظم	*premus*		اورد = وى	*Ordae*
	چکره	*Tschegreh*		= عظم	*augustae.*
	خان	*Chan.*		(?)٦١ =	(618? pro 816?)

*4.

et F. (N° CCCLXIII.)

P. I.	السلطان	*Sultanus*
	(sic f. جكو) العادل چکره	*justus, Tschegreh*
	خان خلد	*Chan, perennare jubeat*
	(pro ملكه) الله مكه	*Deus regnum ejus.*

P. II. ضرب
بلغار مكة (pro ملكه)
خلد الله

Moneta Bulghariae. Perennare jubeat Deus regnum ejus!

*5.

et P.

P. I. السلطان
العادل
حكر (sic) خان خلد
الله ملكه

P. II. ut Numi 4:

*6.

P. I. ء عظم
السلطان
حكر (sic) خا

P. II. ut Numi 4.

*7.

P. I. السلطان
الاعظم
حلر (sic f.) حان

P. II. ضرب
بلغار
خلد ملكه

*8.

P. I. *Sultanus*
supremus
Tschegreh (sic حلر) *Chan.*

P. II. ضرب بلغار سنة ٧١٧
Moneta Bulghariae. 717. (an pro ٨١٨ 818?)

Ut in N. 7.

*9.

Rudiss. fabr. P. I. السلطان
اعظم
حلر (sic f.)

P. II. ضرب
بلغار
حن

*10.

Rudissim. P. I. السلطان P. II. ut Numi Kibakian 2, b.
چکرا (؟) خا =
= =

*11.

Rudissim. P. I. = طا = P. II. ضرب
= (sic f.) حلرا بلغار
خان خلد الله (sic)

*12.

et F. (N° CCCLXIV.)

P. I. ut Numi 7. P. II. ضرب
سالکان sic hîc esse videtur. cf. N. Kibakianus 3.

XXXIV. DERWISCH CHAN.

*1.

Rarissim. notab.

P. I. السلطان	*Sultanus*	P. II. ضرب	*Moneta* τϑ
اعظم	*supremus*	سرای	*Saraï-*
دروبد =	*Derwisch*	چوق	*tschük.*
= =	= =	(an ٨?) ٥٠٨	508? an 805?

Quae a sinistrâ collocata est, cifra perquam dubia est possetque vel ٩ in caput versam referre.

*2.

Rar. notab.

P. I. *Sultanus*	P. II. ضرب	*Moneta*
supremus	بنك بازار	*Bing-basar-*
Derwisch (دروس)	٢٠٨ ى	*ensis.* 208? an
Chan.		802? 806?

Sunt, in quibus بنك نادارى *Bing-nadary* potius legendum. In eorum uno درو in versu secundo P. I. cum اعظم collocatum.

*3.

Rar. P. I. *Sultanus*	P. II. ضرب	*Moneta* τϑ
supremus, *Chan*	حاجى	*Hadschi*
Derw = (?)	(?) ٨٢٢ فى =	= 822 (vel 833.)
	= ==	= = =

Τϑ درو non nisi apices supersunt. Cifra ٨ etiam valde dubia.

*4.

P. I. السلطان	*Sultanus*	P. II. ضرب	*Moneta*
عظم خان =	*supremus*, *Chan*	حاجى	*Hadschi-*
(sic) دروس	*Derwisch.*	ترخان	*Terchani.*

Est, in quo postrema P. I. sic disposita: ن ‖ ويش خا ‖ در —

*5.

Rar. P. I. السلطان
= عظم
= روس
خان

P. II. = = =
= ارار
= دو =

*6.

Rar. P. I. السلطان
= عظم
دروس

P. II. = = Moneta
اردوی (?) *Ordica* (?)
حل (خلد ?) الله

*7.

Rud. P. I. السلطان
الاعظم
= روس =
خان

P. II. *Moneta*
Bulghariae.

Inscriptio P. I. in aliis paullum diverso modo disposita. In P. II. in al. مكه (scil. ملكه) superest, in al. ٨ 8; in al. العا = pro بلغار esse videtur.

*8.

P. I. *Sultanus*
supremus
Derwisch
Chan.

P. II. ضرب
لوالبا ? vel بوالبا

*9.

P. I. = =
الاعظم
درویش

In P. II. quod restat, sitne ملكه, an لله perverse exaratum, in medio relinquendum est.

* 10.

P. I. typo perverse sculpto excusa, ita ut jam inscriptionis litteræ a sinistrâ ad dextram procedant. Hæ autem miri quid et insoliti habent, præsertim in versu primo et in ratione, quâ يش v. tertii exaratum est.

البللاں (? السلطان)	*Sultanus*
العادل	*justus*
درويش	*Derwisch.*

P. II.

ضرب	*Moneta*
ىلغار	Bu*lghariae.*
خلد الله	*Deus perennare jubeat*
ملكه	*regnum ejus.*

* 11.

P. I. ut N. 10. P. II. بلغار ‖ ضرب ‖ خلد ملكه

* 12.

P. I. ut N. 10. nisi quod العا hîc ad modum الاا formatum est. P.* II. خلد الله ملكه ‖ ضرب ‖ بلغار

* 13.

P. I. ut N. 12. P. II. خلد الله ‖ ملكه (?) ضرب ‖ لد In extremo لد puto بلغار (لىار) corruptum latere.

* 14.

P. I. ut N. 12. sed hîc خان, et ipsum perverse exaratum, additum in imo est.

P. II. ضرب ‖ للىار ‖ ىـ (?)

* 15.

P. I. ut N. 12.
P. II. et ipsa perverse sculpta: ? . . . . . || العادل || = =

* 16.

P. I. خلد ملكه || ? = ع درو || = = = P. II. mutila et oblitterata.

XXXV. KADIR-BIRDI CHAN

*1.

P. I.	السلطان	*Sultanus*
	عظم (sic) قادر	*supremus Kadir-*
	بر(?) دی خان	*birdi Chan.*
P. II.	بلغار	
	ضرب ملکه	
	خلد الله	

Deus regnum ejus perennare jubeat! Moneta Bulghariae.
Sunt, in quibus بولغار et ordo paullum diversus esse videtur.

XXXVI. MUHAMMED CHAN.

Sub hoc nomine comprehenduntur duorum Chanorum, tum اولو محمد s. اولوغ ULU-MU'HAMMEDIS (Улу Махметъ s. Улу Ахметъ) tum كچى محمد s. كچك KITSCHI-MU'HAMMEDIS (Кичи Ахметъ). filii Timur-Chani, Numi; quoniam, qui prioris sunt, non habent, quo dignoscantur.

*1.

et F. (N° CCCLIX.)

Notab. P. I. in med. Ar. محمد *Muhammed*
بن *filius*
تيمور *Timur*[1].

In M. السلطان الاعظم خان *Sultanus supremus Chan:*

P. II. Tamgha [tamgha] et circa eam: ضرب || اور || دابا || رار *Moneta τῦ Urda-basar.* (?)

*1, a. Numi modo laudati, ut videtur, exemplum, in quo tam P. I. inscriptio turbata et corrupta, quam II. in nonnullis perverse expressa.

*2.

P. I. in A. ut Numi 1. Margo etiam eosdem titulos continuisse videtur.

P. II. Tamgha [tamgha] et circa eam: ضرب حاجى ترخان *Moneta Hadschi-Terchan*[1].

*2, a. Numi 2. exemplum bis cusum.

*3.

Rar. notab. P. I. in Ar. محمد *Muhammed* (scil. filius τȣ)
تيمور *Timur.*

M. ut Numi   P. II. ut Numi 2.

*4.

Rar. notab. P. I. in A. quidem cum N. 1. congruit; num in M. etiam, non constat; est enim oblitteratus.

P. II. Tamgha   Circa eam quæ sunt, nondum expedii.

*5.

Rar. notab. P. I. السلطان *Sultanus*
العادل محمد خان *justus Muhammed Chan,*
خلد الله *perennare jubeat Deus*

P. II. Tamgha eique superimposita altera In circuitu autem: ضرب || اوردا || بازارى *Moneta Urdabasarensis?*

*5, a. Numi 5. exemplum, in quo بازار perverse expressum.

*6.

Rar. notab. P. I. ut Numi 5.

P. II. eandem geminam Tamgham, atque N. 5., sistit, sed diversâ epigraphe cinctam, cujus nil nisi hoc restat: ضرب ... العار

?—*7.

et F. (N° CCLXV.)

P. I. السلطان *Sultanus*   P. II. ضرب *Moneta*
اعظم خان *supremus, Chan*   حاجى ترخان *Hadschi-Terchan*[1].
ر (?) محمد — *Muhammed*   فى سنة ٨٢٢ *anno* 822. (= C. 1419.)

*8.

P. I. السلطان محمد خان اعظم *Sultanus Muhammed..Chan, supremus*

P. II. *Moneta Hadschi-Terchani.* في سنة ٢٥ *anno* 25. (825 = C. 1422.)

*9.

P. I. *Sultanus Muhammed Chan,* = = =

P. II. ut N. 8. sed anni, ut videtur, ٨٨٣ 883.?

*10.

P. I. ut N. 9.

In P. II. vestigia nom. Hadschi-Terchan supersunt, et anni notæ, incertum ٨٠٩ an ٨٩٩ legendæ.

*11.

P. I. السلطان محمد خان اعظم

P. II. ضرب حاجى تر خان

*12.

Rar. P. I. in med Ar. محمد In M. restant: خان (?) عظم = = = =

P. II. Tamgha eique a sinistrâ apposit. Ad M. ضرب حا= = = = =

*13.

P. I. *Sultanus Muhammed Chan, supremus*

P. II. ضرب *Moneta τε* سراى *Sarai.*

*13, a.

Numi 13. exempla, in quibus epitheton اعظم abest.

*14.

P. I. السلطان
ـ عظم محمد
خان

P. II. ut N. 13.

*15.

P. I. السلطان Sultanus
محمد خان Muhammed Chan,
الاعظم supremus.

P. II. ضرب Moneta
بولغار Bulghariae.

*16.

P. I. السلطان
العادل
محمد خان
؟ ـ ـ

P. II. ut N. 15.

*17.

P. I. السلطان
محمد خان
ـ ـ ـ

P. I. ـ ـ
ـ لالعـ (h. d. بوالغار)

*18.

P. I. السلطان
الاعظم
محمد

P. II. Tamgha ψ et circa eam:
ضرب سراى ؟

*19.

P. I. ut N. 18.

P. II. sola Tamgha ψ quadrato inclusa.

*20.

P. I. Sultanus
supremus
Muhammed
Chan.

P. II. Tamgha ψ

*21.

P. I. ..طان
..ظم محمد
خان د(?)

P. II. Tamgha ⅊

*22.

P. I. خان
محمد
٨..

P. II. Tamgha ⅊

*23.

P. I. خان
محمد

P. II. T. ⅊

*24.

P. I. *Sultanus Muhammed Chan, supremus.*

P. II. ضرب
.. الوى (?)
معظم

Moneta Ordae (?) augustae.

*25.

P. I. *Sultanus justus Muhammed Chan, cujus regnum perenne floreat.*

P. II. ut N. 24.

*26.

P. I. ut N. 24.

P. II. ضر..
..وردو..
.. .. ..

---

*27.

P. I. السلطان
الاعظم
محمد درو?
خان

P. II. ضرب *Moneta*
بولغار *Bulghariae.*

Ecquid in quarto Partis I. vocabulo بزرك latet idque hîc pro synonymo cum اولوغ *ulugh* habendum? an vero برق legendum pro براق *Barak*? an denique برد legendum, scilicet بردی? coll. Muhammed-Birdi supra p. 355.

*28.

P. I. = = =
محمد
مرو (?)
خان

P. II. eadem, ac Numi 27., esse videtur.

*29.

P. I. السلطان
الاعظم
= محمد
= و
خا

P. II. eadem, ac N. 27., sed typo perverse sculpto cusa.

*30.

P. I. = =
الاعظم
= محمد

P. II. ضرب
بوالغار

*31.

P. I. typo perverse sculpto: محمد
مرو?
خان

P. II. ضرب
بوالغار

*31, a.

P. I. ut N. 31. P. II. non videtur continere, nisi بولغار sed immane quam abnormi ratione exaratum.

*32.

P. I. perverse: (?) السلطان
محمد در
عان

P. II. ضرب
بولغار

*33.

P. I. ut N. 31. P. II. et ipsa typo perverse sculpto cusa:
ضرب || بلغار

Sunt, in quibus ضرب recte habet, بلغارى autem perverse ejusque littera ر ad modum ا formata.

*34.

P. I. = =
الاعظم
محمد =
خان

P. II. ضرب
بلغارى hoc quidem perverse expressum, et litt. ر ad modum ا formata.

*35.

Farrago Numorum Mühammed Chani minus integrorum.

XXXVII. MAHMUD CHAN.

*1.

Notab. P. I. محمود خان *Mahmud Chan*
بن محمد خان *filius Muhammed Chani,*
بن تيمور خان *filii Timur-Chani.*

P. II. Tamgha et circa eam: ضرب حاجى ترخان *Moneta Hadschi-Terchan*[1].

*2.

Iteratæ cusionis notam præ se fert. P. I. eadem, quæ N. 1. continet. In Partis autem II. inscriptione Tamgham ambiente attritâ illâ aliud quid, quam in dicto N. 1., subesse videtur.

*3.

Rariss. notab. P. I. السلطان *Sultanus*
العادل محمود *justus Mahmud filius*
بن محمد بن تيمور *Muhammedis filius Timuri.*

P. II. ut N. 1.

*4.

Rariss. notab. P. I. محمود خان *Mahmud Chan*
بن محمد خا؛ *filius Muhammed-Chani.*
بن تيم؛ ؛ *filii Timur-Chani.*

P. II. Tamgha et circa eam: ؛بازار اوردو ضرب *Moneta Urdubasarensis.* (?)

*5.

Rarissim. notab. P. I.

م = = =
خان بن
= = = خان
= = عمور
خان

P. II. Tamgha  Eam quae ambiunt, fere oblitterata sunt, excepto منصور *Manſur* vel منصوري = *Manſuri*ja.

*6.

Rarissim. P. I. خ = = *Chan*
محمود *Mahmud.*

M. vel mutilatus vel attritus.

P. II. Tamgha  et circa eam ضرب بك = = = *Moneta Bing* (?) = = =

XXXVIII. DEULET-BIRDI CHAN.

1.

et F. (N° CCLXVI.)

Rar. P. I. in med. Areolâ: دو *Deu-*
لت *let-*
بردی *birdi.*
in M. السلط = = = ن ۸۳۱
*Sult*anus = = Chan 831. (= C. 1427, 8.)

In P. II. Tamgha  et circa eam (ضرب) حاجی ترخان = = Moneta *Hadschi-Terchan*[i].

*2.

Rar. P. I. السلطا =
دولت بردی
خان
= عظم

P. II. ضرب
حاجی
= =

*3.

Rar. P. I. = = = Sultanus
= عظم *supremus*
دولت بر = *Deulet-bir*di
خان *Chan.*

P. II. ضرب *Moneta*
سر = *Sàra*ï ?
= = = =

*4.

P. I. السلطا =
= = دولت برد =
= خلد الله

P. II. ضرب *Moneta*
رادوی ? Ordæ?
= معظ = = ? augustæ?

*4, a.

Hujus Chani Numi 3 minus integri, ibidem loci signati.

*5.

Hujus Chani Numi complures, qui, quippe temporis injuriam passi, nomen loci, ubi cusi sunt, minus integrum certumque servarunt.

XXXIX. MUSTAFA CHAN.

*1.

et P.

Notab. P. I.	السلطان	*Sultanus*
	الاعظم مصطفى	*supremus Mustafa*
	خان بن غياث	*Chan filius Ghaijas-*
	الدين خان	*ed-din Chani*

Est ex. in quo pro بن videtur esse بهم , غياث oblitteratum est et posterius خان desideratur.

P. II. Tamgha ⌂, cui circumjecta: ضرب حاجی ترخان *Moneta Hadschi-Terchani.*

XL. SEID AHMED CHAN.

Седи vel Сиди Ахметъ

* 1.

Rar. & notab. P. I. سيد *Seid*
احمد *Ahmed*
خان *Chan.*

quibus praemittenda, quae in M. sunt السد.. الاعظم Sultanus *supremus*.

P. II. لا اله الا *Non est deus, nisi*
الله محمد *Deus. Muhammed*
(sic) رسول اله *Apostolus dei est.*

XLI.

Numi et ipsi a Chanis Dschudschidis, sed incertum a quibus nominatim, cusi.

Jam sequuntur Numi et ipsi a Chanis Ulussi Dschudschiani cusi, quos quidem ad suum quemque principem nominatim referre haud licet, vel quod omni epigraphe carent, vel quod, æerei puta, principis nomine destituti, annum temporis illius, quo res imperii cum maxime perturbatæ erant, præ se ferunt, vel anni notâ minus certâ prædití sunt, vel quod, minutuli quippe, typi modulum non capiebant, vel quod temporis injuriam passi mutilative integros titulos non servârunt, vel quod, utpote monetæ partus monstrosi, ob summam characterum ruditatem extricari nondum potuerunt aut nunquam poterunt.

1. *2 – 4.

et P .F.

Numi ἀνεπίγραφοι, ab unâ P. Tamgham ⊓, ab alterâ florem expansum, vel duo pisces, vel aliud nescio quid ornamenti gerentes.

Præterea tam in Mus. P. quam F. hujus generis varii asservantur Numi, ab alterâ Parte alii trigono decussato ✡ (sigillum Salomonis repræsentat), alii sertis, alii stellulis, alii arcu, cui sagitta imposita, alii piscis, alii avis, alii quadrupedis nescio cujus figurâ, alii denique aliis insigniti ornamentis. Est, qui ab alterâ P. quadrupedem, ab alterâ solemnem Tamgham antea indicatam cum notationis anni vestigiis VՒ 72 in Marg. exhibet. Hos omnes Numos, facile iuducor, ut Us-Bek Chani esse credam.

5.

N. ἀνεπίγραφος. P. I. Tamgha paullo diversa a præcedentium. Caput scil. non rotundum est, et tres pedes sunt. P. II. Ornamenti nescio quid.

***6.**

et F. (N° CCCVIII.)

N. aereus ανεπιγραφος. In P. I. Tamgha modo laudata, magis adhuc diversa, tribus nempe pedibus iisque inflexis et caput rostro aucta. P. II. Flosculorum ornamentum.

—o—

P. F. (N° CCCXXII.)

P. I. بلغار *Bulghar*, quadrato inclusum.

P. II. Tamgha

—o—

P.

P. I. بلغار || ضرب *Moneta Bulghariae*. P. II. Tamgha in medio ✡

—o—

F. (N° CCCXXIII.)

P. I. Tamgha ejusque ad latera: ضرب بلغار *Moneta Bulghariae*.

P. II. Duae aves volantes.

—o—

F. (N° CCCXXIV.) P. (?)

P. I ut Numi proxime præcedentis.

P. II. Avis volans.

—o—

F. (N° CCCXXIII, b)

Rar. P. I ut Numorum duorum proxime præcedentium;

P. II. Facies Simiae, ut videtur.

—o—

***7.**

et P. F. (N° CCCXXV.) W.

Aer. P. I. ضرب بلغار *Moneta Bulghariae*, litteris ا & ا superne artificiose junctis.

P. II. Figura octagonum fere referens novem in tesseras divisum.

— o —

P. Manteuf. cf. F. (N° CCCXVII.)

Rar. notab. P. I. بلغار || سكه *Moneta* || *Bulghariae.*

P. II. Tamgha  quam in M. ambiunt, incertum, num cifræ an litteræ exoticæ; Arabicæ quidem litteræ non sunt.

— o —

F. (N° CCCXVI.)

Rar. notab. In P. I. restare videtur اسكبهل : : quod, quid sibi velit, non assequor.

P. II. autem cum proxime antecedente congruere videtur.

— o —

* 8.

et P. cf. F. (N° CCCXIII.)

Minutissim. P. I. (f. العادل) ءدل || خان *Chan* || *justus* (?)

P. II. Tamgha  quadrato inclusa.

— o —

F. (N° CCCXXVI.) P. W.

P. I. العادل || السلطان *Sultanus* || *justus.* P. II. 

— o —

F. (N° CCCXXX.)

Rarissim. P. I. الغنى || القناعة *Animus suâ contentus sorte* (homini) ***divitiarum ad instar est.***

P. II. 

Puto, hunc N. Mängu-Timur Chani esse.

— o —

F. (N° CCCXXXI.)

Rarissim. In P. I. supersunt: ؞ ؞ ؞ ا الله || قبال العلا ?

P. II. Tamgha

— o —

P.

Aer. rarissim. P. I. ؞ ن || ؞ الاما ؞ || لدوله ؞ (Num ؞ بالدولة والاقبال ؞ ? an vero ؞ لا الدولة الا فناء ؞ ?)

P. II. Tamgha cum ضرب, nomine urbis deleto.

— o —

P. F. (N° CCCXXXII.)

Rarissim. In P. I. restat: ؞ ؞ ؞ || هوالحى (Numquid هو الحى ?)

P. II. Tamgha, supertecta a luna falcata.

— o —

F. (N° CCCXXXII, b.) W.

Rar. P. I. ؞ لله ؞ || الملك *Imperium Dei est* –

P. II. Tamgha cujus ad latera ضرب بلغار *Moneta Bulghariae*. Infra æræ notatio videtur fuisse, superstite ٩ ؞ 6 ؞

— o —

F. (N° CCCXXXIII.) W.

Rar. notabiliss. P. I. الناصر
نكـ له

P. II. لو ? صر
بو ب
العار

Latetne in his: I. الناصر لدين الله *en-Nasir-lidin-allah*, et II. بو ضرب بوالغار *Haec moneta Bulghariae est* ?

— o —

P. F. (N° CCCXXXIV.)

Idem N. cum proxime præcedente, sed aereus.

— o —

P. N.

Rar. P. I. العزة ::: *Gloria* Deo
ولرسوله *ejusque Apostolo competit.*

P. II. ضرب الدر هم || : : بلد

Puto Numum Toktaghu-Chani esse.

— o —

* 9.

et F. (N° CCCXXXVI.) P. W.

Aer. notab. P. I. قوتلوغ *Felix*
بولسون *sit*
. . . . دور حمبا : (sic f.)

In tertio versu lateatne — اوردو an چوان, پول, an aliud quid, dicere non habeo.

P. II. Tamgha in triangulo collocata.

Fieri potest, ut hic N. ad Us-Bekum referendus sit.*)

— o —

P.

Aer. rar. P. I. قوتلوغ Quod *felix* P. II. ut N. 9.
بولسون *sit!*

— o —

* 10.

et F. (N° CCCXXXVIII.) P. W.

Aer. notab. P. I. قوتلو Quod *felix*
بولسون *sit!*
ينكى پول *Novus Pul.*

*) Ad eundem Chanum etiam quindecim, qui proxime sequuntur, Numos referendos esse putaverim.

P. II. Avis caput reflectens, cujus super dorsum ꙮ

* 11.

et P.

Aer. rar. notab. in P. I. eâdem, ac N. 10. epigraphe insignis; sed a P. etiam II. titulo, at non integro, auctus.

—o—

F. (N° CCCXXXVII.)

* Aer. rar. P. I. قتلغ بولسو٭ P. II. Figura haud scio an
٭٭ ول Leonis ascendentis.
٭٭

—o—

* 12.

et P. F. (N° LVIII.)

Aer. notab. P. I. اون الت *Sedecim* P. II Duo Pisces,
پول دانکی *Puli cum Dango.* sign. zodiacale.

13.

et P. F. (N° CCCXLIII.) W.

Aer. notab. frequentissimus.

P. I.	ضرب	*Moneta*
	سرای	*Saraï*
	الجدید اون	*Novae. Decem*
(in uno دانك)	التی دنك	*sex Dangi.*

Vidi, in quo titulus hunc dispositus in modum: ٭٭ سر ‖ ٭ی ‖ الجدید ‖
اون ‖ الی ٭٭

P. II. Figura, quæ in nonnullis exemplis Aquilæ duplicis insigne referre videtur.

*14.

et P. W.

Numus idem atque 13. modo laudatus, sed typo perverse sculpto signatus.

*15.

et F. (N° CCCXXXIX.)

N. aer. vehementer attritus, cujus in P. I. السراى || ضرب et æræ vestigia (in F. ٧٣١ esse videtur), in P. II. autem اون التى et يوز restant.

*16.

et P. F. (N° CCCLVII.)

Aer. rar. & notab. P. I. = = بك (an vero خلد ?) خان P. II. اون التى دانك *Sedecim Dangi.*

Ad M. Partis II. inf. restat ٣٧ 37 h. d. a. 737.

*17.

Aer. rar. P. I. in quadrato: ضرب سراى *Moneta τȣ Saraï.*

Extra quadratum num vocabula an ornamenta adfuerint, dubium est.

P. II. Figura Leonis gradientis.

*18.

et P. F. (N° CCCXL.)

Aer. notab. P. I. ضرب سراى *Moneta τȣ Saraï*, litteris Cuficis συμμετρως dispositis ita, ut infra ضر, ad læv. ب, supr سر, ad dextram ا, in medio autem ى appareat.

P. II. Hirnea cum stellulis circumpositis. In uno ex. etiam calix additus est.

*19.

et F. (N° CCCXL, b.)

Aer. rar. notab. P. I. ut Numi 18.
P. II. Libra suspensa.

*20.

Aer. rariss. & notab. P. I. ut Numi 18.
P. II. Bestia capite reflexo.

*21.

Aer. rar. notab. P. I. مخسى (ضر)ب (سنـ)ة ٧٣١ P. II. Bestiae nescio cujus figura.

Moneta τȣ Muchschi (?) anno 731 (?).

—o—

P.

Rar. P. I.	السلطان	Sultanus
	العادل غياث	justus Ghaijas-
	الشا (sic f.) الدين	ed-dunja (w)ed-din
	دولم (sic f.) بك = =	. . . Bek = =
P. II.	ضرب	Moneta τȣ
	مخسى	Muchschi(?)
	سنة	anno
	٦١٧٢٠٠	6172(?)

*22.

Rarissim. & notabilissimus.

P. I.	= = ال	= . =	P. II.	ضرب
	السلطان	*Sultanus*		= لمحروسه
	العادل	*justus.*		= مهــــر =
	٧٢٧	727.		الجديد

— o —

W.

Aer. rarissim. P. I. Tamgha ejusque ad latera: ضرب ‖ قريم *Moneta τȣ Krim.*

P. II. Solis radiantis facies, ut videtur.

— o —

*23.

Aer. P. I. = ١٨ ‖ محسى ‖ = = Moneta τȣ ‖ *Muhschi* (?) ‖ = = 8. (fort. 758., ita ut hic N. Dschani-Bek Chani sit.

P. II. Sigillum Salomonis ✡

— o —

P. F. (N° CCCXXVII.)

Rar. & notab. P. I. خاقان *Chakanus*
العادل *justus.*

P. II. Tamgha in circulo posita.

Probabile est, hunc quoque Numum Dschani-Bek Chani esse.

— o —

*24.

cf. F. (N° CCCLXXVI.)

Aer. rar. notab. In P. I. oblitteratâ hæc cufice, perverse quidem sculpto typo expressa, esse videntur: اون التى پول دانكى *Sedecim Pul cum Dang.*

P. II. Quadrupedis nescio cujus figura.

*25.

et P. W. F. (N° CLXIV,b et CCCXLVIII.)

Aer. rar. notab. P. I. ضرب *Moneta* τυ
سراى *Saraï.*
٧٨٧ 787.

P. II. Figura securis, cum Tamghâ ⁂ impressâ illâ a recentiore manu.

*26.

Aer. rar. ibid. cus. P. I. ضرب
بلد سراى
٧٢٧

P. II. Leonis, ut videtur, figura.

*27.

Aer. ibid. cus. P. I. ضرب
فى سـ ى
٧٢٠

P. II. Quadrupedis caput reflectentis figura.

*28.

Aer. cus. ibid. P. I. ضرب || فى سراى || P. II. Quadrupedis alicujus figura.

*29.

Aer. rar. P. I. سراى *Saraï* — reliquis deletis.
P. II. Avis caput reflectentis figura.

*30.

Aer. P. I. (sic نصرب) ضرب *Moneta*
السراى *es-Saraï.*
٧٩٠ 790.

P. II. Ornament.

*31.

et F. (N° CCCLXXXI.)

Aer. P. I. ضرب سراى الجديد ٧٩٠ *Moneta Saraï Novi.* 790? P. II. ✡ sed ornamentis auctum.

*32.

Aer. P. I. rud. *Moneta Saraï* || *Novi.* || 7 – P. II. Figura rotæ vel circuli ornati.

*33.

Aer. oblitt. P. I. *Moneta* || *Saraï* || *Novi.* || = = P. II. Animalis nescio cujus figura.

*34.

Aer. In P. I. restant *Saraï* et *Nov.* interposito ornamento. P. II. Ornament.

*35.

cf. G. Tab. II, (1)

Aer. P. I. ضرب الجديد = = ٧٢ *Moneta Novi* (?) = 72. P. II. Tamgha, qualem supra p. 400. ad N. 6. innuimus.

*36.

Aer. P. I. *Moneta Choresmiae. anno* = = P. II. Quadrupedis nescio cujus figura.

*37.

Aer. P. I. *Moneta Choresmiae. anno* 7 = P. II. Ornament.

— o —

F. (N° CCCXLIX.)

Aer. rar. P. I. *Moneta* (sic f. نصرب) ‏ᠳ‏ || *Asak* || 7‏‏

P. II. Figura bestiæ sedentis, expansis pedibus anterioribus.

— o —

*38.

Rar. notab. P. I. السلطان
العادل بعلـ (?) =
س (?) خان (?)

P. II. ضرب
سراى (?)
سنة ٧٧٩

Puto, hunc N. Urus Chani esse.

*39.

In P. I. restant: السلطان || العادل In M. ad dext. =٩٣
P. II. quæ Numi Tuktamyschiani habitum præ se fert, ضرب || فى بلد سراى

*40.

Rar. P. I. = = = || العاد = || شتو = = P. II. fere prorsus oblitterata. Suspicor Numum esse Tasch-Timur Chani, filii Ulugh-Muhammedis, et patris Deulet-Birdi Chani.

*41.

In P. I. restant = = خان || = = سنة (? سبد an) || = ٨١
P. II. ضرب || = ك بازارى ?

*42.

Oblong. P. I. perverse: السلطان العادل reliquis mutilatis.
P. II. ضر = || خوارزم || سنة ٧٨١

*43.

et F. (N° XCI.) P.

Notab. typo perverse sculpto signatus.

P. I. السلطان العادل — P. II. sic f. hab. ضرب فى

※※※ — دوى ?

جانى بك خا — لجديد سنة ?

٨ . . =

An forte Dschani-Beki II. est? Cet. conf. supra p. 360.

*44.

P. I. Tamgha et circa eam: السلطان . . . خان ut videtur.

P. II. *Moneta* || *Bulghariae.*

Puto hunc N. Muhammed Chani esse.

*45.

In P. I. supersunt: . . . . . ن خلد الله

P. II. ٨١٨ || . راى || ضرب *Moneta* ٢٨ || Sar... || . . .

Suspicor hunc N. esse Tschegreh Chani.

*46.

et F. (N° CCCLXXXVII.) P. W.

Aer. P. I. على P. II. (?) ضرب || (?) سر.

---

*47.

N. bilinguis, rarissim. notabilissimus.

P. I. in med. Areolâ Tamgha

in M. السلطان ال . . . لت بيردى خان

Sultanus justus (?) Deu(?)*let-birdi* *Chan.*

P. II. in med. Areolâ figura est, quæ Π cum T inferne immisso refert, vel etiam ꟼ cum superimposito Π

In M. duor. ex. restare videtur: D = = = UAN (num f. Dux Lithuaniæ hîc latet?) Sed in duob. aliis restat: D † M † O A N (ecquid Dux Magnus Joannes?)

---

*48 – 148.

Sub his numeris digessi Numos Dschudschidianos, quorum vel insolita plane inconditave epigrapharum ratio vel nimium imminuta læsave exemplorum conditio impedit, quominus ex iis, quod singulos distinguat momentique aliquid faciat, hîc quidem transscribam. Hos autem Numos neutiquam aspernandos esse scito. Sunt enim inter eosdem rarissimi atque notatu dignissimi, quorum lectionem etsi nunc quidem in medio relinquamus, spes tamen est, futurum, ut vel dies doceat vel aliorum exemplorum data copia adjuvet. Quamquam inter eos, qui extremæ ætatis Chanatus Dschudschidici esse videntur, reperiuntur, quos præter Sibyllam legat nemo.

Denique hosce Numos farrago excipit Numorum, Tuktamyschi memoriâ fere posteriorum, minus quidem integris exemplis, qui, fieri potest, ut ad solvendos, quos ad liquidum nondum contigit perducere, Numorum id ætatis titulos nonnullius aliquando usus sint.

CLASSIS XXI.

NUMI

GIRAÏ-CHANORUM

seu

CHANORUM KRIMENSIUM.

---

a) HADSCHI-GIRAI I.

Ази Гирей.

* 1.

Notab. P. I.	السلطان	*Sultanus*
	الاعظم	*supremus*
	حاجی کرای	*Hadschi-Giraï*
	خان	*Chan.*

P. II. Tamgha ₼ circulo inclusa; circa eam: (الضرب vel نضرب) ضرب بالقريم *Moneta τȣ Krim* (s. Sulghat, urbis primariæ). Aeræ notatio non liquet.

---

b) MENGELI-GIRAÏ I.

* 2.

Rar. P. I.	منكلی کرای	*Mengeli-Giraï*
	بن	*filius τȣ*
	حاجی کرای	*Hadschi-Giraï*
	خان	*Chan.*

P. II. ꟼ in circulo. In M. ٨٨٣ (?) = (sic f. ورى) ضرب قرم *Moneta τȣ Krim* = 883. (= Chr. 1478, 9.)

* 3.

Rar. P. I. ut Numi 2.

P. II. Circa ꟼ in medio collocatam:
٨٨٤ (? sic fere. num سنة) ىل ضرب ورى *Moneta τȣ Krim* = 884. (= C. 1479, 80.)

* 4.

Cus. a. ٨٨٦ 886. (= C. 1481, 2.) Congruit cum proxime præcedente, nisi quod in hujus P. I. duobus quidem ex. منكلى ad modum سكلو exaratum est, et خان unâ cum ا τȣ كراى desideratur. In P. autem II. ductus ille, in quo سنة latere suspicatus sum, hîc magis porrectus cernitur cohæretque cum antecedente litterâ.

* 5.

P. I.	(sic) كرى (sic) سكلو	*Mengeli-Giraï*
	بن	*filius τȣ*
	(sic) حاجى كرى	*Hadschi-Giraï.*

P. II. ut N. 5. sed a. ٨٨٨ 888. (= C. 1483, 4.)

* 6.

P. I. ut N. 5. In P. II. circa ꟼ restant: ٧٩٢ = = = ضرب *Moneta* = = = 892 (?) cifrà unitatis dubià.

* 7.

P. I. ut N. 5. P. II. ꟼ In M. *Moneta τȣ Krim* anno? 89, omissâ unitatis notâ.

*8.

Notab. P. I. ut N. 5. In P. II med. ₼ absque lineolâ illâ. Supra haud scio an ضرب, ad sinist. ک, reliquis vel magis incertis vel deletis.

---

c) MUHAMMED - GIRAÏ I.

*9.

Rar. P. I. محمد کرای *Muhammed Giraï*
* * *
= لی کرای filius τϐ Mengeli *Giraï.*

P. II. ₼ et circa eam: = ب قريم ۹۲۳ Moneta τϐ *Krim.* 923. (= C. 1517.)

---

d) DEULET - GIRAÏ I.

*10.

Rar. P. I. = = = || = رای || = ولت
P. II. ₼ In M. superest, quod legas ۹٥ = 95 –

? e) GHASI - GIRAÏ.

*11.

P. I. = غازی کر = || = بن - کرا
In P. II. quæ supersunt, equidem non compono.

---

f) MUHAMMED - GIRAÏ IV.

*12.

*)P. I. in med. Areolâ: محمد In M. restat: ::: مت كراى خان
P. II. ꝕ
= بغچه سر Moneta τȣ Baghtschesaraï. 1062(?).
ضرب
١٠٦٢.

---

g) MURAD - GIRAÏ.

*13.

P. I. ex uno exemplo: خان مراد كر = *Chan Murad*-Giraï
ex altero: مبارك كراى = filius τȣ *Mubarek-Giraï.*

P. II. in med. Areolâ ⱱ et circa eam: = = = سراى ١٠٨٩ = Moneta τȣ Baghts he*saraï* 1089. (= C. 1678.)
In altero ex. præter. سراى adhuc سنة adesse videtur.

---

h) SELIM - GIRAÏ.

*14.

Notab. P. I. حاج سليم كراى *Hadschi Selim-Giraï*
بن بهادر - *filius τȣ Behadür*
خان *Chan.*

In uno ex. pro حاج est خان

---

*) Hic cum reliquis huj. Class. Numis præcedentibus minimi moduli est.

P. II. ♏

ضرب فی Cusa est in
باغچه ۱۰۸۲ ی . Baghtschesaraï 1082 (= Ch. 1671,2).
سر

Not. Pag. praecd. l. 4. inf. in P. I. hujus Numi pro حاج سلیم کرای 'Hadschi S. G. lege خان سلیم کرای *Selim-Giraï Chan*, et dele versum ultimum: *In uno ex.* etc.

15.

P. I. *Chan Selim* &c. ut N. 14.
P. II. ut N. 14. sed a. : ۰۹٥ id est 1095 (= Ch. 1683,4).

*16.

Minimi moduli, ut NN. 1—12. In P. I. restat : : || ن سلیم کرای :
in P. II. ۱۰۹٥ || غچه سرای : :

17.

Notab. P. I. الحاج سلیم کر : ی : El-Hadsch Selim-Giraï
بن بهادر *filius τȣ Behadür*
خان *Chan.*

P. II. ♏

ضرب فی *Cusa est in*
باغچه سرای *Baghtschesaraï* *)
۱۰۸ 108 (h. d. 1108 = Ch. 1696,7).

---

*) Quotquot sequuntur Numi Giraï-Chanorum, semel ut dicam, in hac eâdem urbe *Baghtschesaraï* cusi sunt eandemque fere in hac P. aversâ Tamgham & inscriptionis rationem retinent, unde non attinet nisi anni diversitatem ad singulos annotare.

i) SAFA-GIRAÏ.

*18.

P. I. خان صفا ء ی *Chan Safa*-Giraï

بن صفا ء *filius* τȣ *Safa* =

P. II. — = = ١٢ (1104? = C. 1692.)

---

k) DEULET-GIRAÏ II.

*19.

P. I. دولت = = خا ء *Deulet*-Giraï *Chan*

بن حاج سليم كراى *filius* τȣ *Hadschi Selim-Giraï*

ex alt. ex. خان *Chan.*

P. II. — ex alt. ex. ١١١١ (= C. 1699.)

Idem iterum vel potius tertium Chanus.

*20.

P. I. *Deulet-Giraï Chan filius* τȣ *Selim* = =.

P. II. — *a.* = 21. (= C. 1709.)

*21.

N. minimi moduli, cui eadem, atque N. 19., inscripta. Sed anni nota fere deleta.

---

l) GHASI-GIRAÏ II.

22.

P. I. غازى كراى خان *Ghasi-Giraï Chan*

بن حاج سليم كرا ء *filius* τȣ *Hadschi Selim-Giraï.*

P. II. — *a.* 1116. (= C. 1704.)

---

m) KAPLAN-GIRAÏ.

23.

P. I. قبلان كرای Kaplan-Giraï
خان ابن (sic) حاجی Chan filius τȣ Hadschi
سليم Selim.

P. II. — *a.* 1119. (= C. 1707.)

*24.

N. minimi moduli. Anni nota præcisa.

Idem iterum Chanus.

24.

P. I. = = قبلان *Kaplan* = = reliquis vi typi hebetatâ (ut videtur) vel prorsus non vel male expressis. In altero simillimo ex., cujus autem æra deleta, est: = = قبلان = حاج سليم كرای خان *Kaplan*-Giraï Chan filius τȣ *Hadsch Selim-Giraï Chan.*

P. II. ١١٢٥ سنة *anno* 1125. (= C. 1713.)

---

n) MENGELI-GIRAÏ II.

*26.

P. I. خان منكلی = *Mengeli-* = *Chan*
بن حاج سليم = *filius τȣ Hadschi Selim* =

P. II. — ١١٣٧ سنة *a.* 1137. (= C. 1724,5.)

---

o) SELAMET-GIRAÏ II.

*27.

P. I. = = = = خان سلام *Selamet-* = = *Chan* — reliquis deletis.

P. II. — ١١٥ = سنة *a.* 115 = (f. 1152 i. e. C. 1739.)

---

p) KRIM-GIRAÏ.

28.

P. I. قریم کرای خان *Krim-Giraï Chan.*
:: ولتکر:ی filius τȣ Deulet-Giraï
خان *Chan.*

P. II. Anni nota deleta. (1172 = C. 1758, aut 1182 = C. 1768.)

---

q) SCHAHIN-GIRAÏ.

29.

Aktschah. P. I. شاهینکرای خان *Schahin-Giraï Chan.*
٢ aut ٣ 2. aut 3. (i. e. anno 2. aut 3. imperii)
P. II. ضرب فی *Cusa est in*
باغچه سرای *Bagtschesaraï.*
1191. (= C. 1777.) Annum indicat, quo Schahin-G. Chanatum auspicatus est.

30.

Aer. Beschlik. P. I. خان *Chan*
شاهین *Schahin-*
کرای *Giraï.*

P. II. ut in N. 29. nisi quod hic nota ٣ seu 3. *tertium* imperii annum (i. e. a. Ch. 1779.) indicans τῳ با superimposita cernitur.

31.

Aer. Kyrmys dictus. P. I. خان
شاهین کرای *Schahin-Giraï Chan*
بن احمد کرای *filius τȣ Ahmed-Giraï*
* * * Sultani.

P. II. ut N. 29. Supra Tamgha ⊕, infra ١١٩١ سنة, supra با autem nota ٤ est *quartum* a suscepto Chanatu annum (i. e. a. Ch. 1780.) indicans.

32.

Aer. Ütsch-Beschlik, in quo omnia paria et in præcedente sunt.

33.

Ghrosch. P. I. Tughra continens شاهين كراى خان بن احمد كراى *Schahin-Giraï Chan filius τε Ahmed-Giraï.*

P. II. ut N. 31. nisi quod hîc τῳ با superimposita nota ٥ *quintum* imperii annum (s. a. Ch. 1781.) indicans.

34.

Aer. Kyrmys dictus, in omnibus congruens cum N. 31. si ab anno imperii discesseris, qui hîc ٥ seu *quintus* est.

35.

Aer. Besch-Beschlik, iisdem titulis atque modo præcedens præditus.

36.

Aer. (?) Tschal dictus. P. I. Tughra hujus Chani.

P. II. ١١٩١ ضرب كفه فى سنة *Moneta Keffæ. a.* 1191. Supra est ٦ *sextum* imp. annum (s. a. Ch. 1782.) indicans, ad dextram Tamgha ⊕

CLASSIS XXII.

NUMI
CHANORUM DSCHAGHATAÏDARUM
NEC NON
TIMURI *)
et
TIMURIDARUM.

CHANI DSCHAGHATAÏDICI.

1.

N. aer. maximi moduli, rar. & notab. at proh dolor vehementer attritus in gemino quod adest exemplo, ex quo conjuncto epigraphas transscripsi.

P. I. in med. Areolâ: منكو || قاان *Mängu* || *Kaan*, (Mongholorum scil. Orientalium Imperator idemque reliquorum Archichanus).

In M. supersunt: ض : : : الدرهم : : : : ا سنة : : : : ى خمس : ن i. e. ut mea fert opinio: *Cusa* est hæc (?) *moneta* in urbe Bochar*á anno* pri*mo* (et) *quinquagesimo* — (a. H. 651 = Ch. 1253,4.)

P. II. لا اله الا || الله محمد || رسول الله *Non est deus nisi* || *Deus. Muhammed* || *Apostolus Dei est.* In supremâ hac Ar. vocabulum existit, quod transscripseris ممصورر aut مهورر !

*) Admisti sunt nonnulli a Regibus aliis in ipsius fidem receptis cusi.

In M. repetita est inscriptio Marg. P. I. Ejus residua hæc sunt: : : سكـ : : : : م ببلدة بخا : : : : حدى : :

Puto hunc Numum a. 651. (= C. 1253.) a Kara Hulagu filio τȣ Mutehgen (قرا هلاكو موتهكن اوغلی) cusum esse.

*2.

Aer. max. mod. rar. & notabilissimus. In P. I. med. Areolâ sinice: POU-HOA. (No 9. & 8844. in Basilii de Glemona Dictionaire chinois franç. & lat.)

M. ضرب هذا الدرهم بالبلدة ال : : سنة ستين وستماية *Cusa est hæc moneta in Urbe* (puto adfuisse الفاخرة *gloriosâ* s. omni laude florentissimâ, quod Bocharæ epitheton est) *anno sexcentesimo & sexagesimo.* (a. H. 660. = Ch. 1261.2.)

In P. II. med. Areolà: بخارا || سكة *Moneta* || *Bocharæ.*

M. eadem continet, quae in P. I. Hîc quoque الفاخرة deletum.

N. hic ad Alghu filium τȣ Baidar (الغو بايدار اوغلی) Chanum Dschaghataïdicum referendus ab eoque auctoritate τȣ Arrigh-Buga, qui, quo tempore Kubilaï frater supremum Mongholorum Chanatum auspicaturus erat, et ipse sibi hoc imperium vindicaverat, cusus esse censendus est. Cf. supra p. 197.

*3.

Aer. mod. max. rar. & notab. in med. perforatus.

In P. I. med. Areolà character Sinicus KHO (v. l. c. No 10,099.) (*tributum*, *imperata pecunia?*).

In M. restant : : : : دة الفاخرة سنة ثلث و : : : : : —— in *Urbe gloriosâ anno tertio et* ——

In P. II. med. Areolà: بخارا || سكة *Moneta* || *Bocharæ.* Circa eam in tribus aliis Areolis ter occurrit vocabulum, quod dubium الملك an اللك legendum sit.

*4.

Aer. rariss. notab. In P. I. Areolâ quadratâ قان *Kān.*

In M. quae sunt, hæsitabundus transscribo: جنكى جابيك بن سعى العدل :

In P. II. Areolà quadr.: بخارا *Bochara.*

M. لا اله الا الله محمد رسول الله *Non est deus præter Deum. Muh. ap. Dei est.*

De جنكى شى (Dschenki schi Chano) vix cogitare licet, quia is Ubugani (?) filius dicitur.

*5.

Rar. notab. P. I. سلطان محمد : *Sultan Muhammed* :
وانما لزمان : . . . .
: : : : : : : : : : :

P. II. *Non est d. præt.* Deum || *Muh. Apostolus* Dei est. || *Moneta Sarmarkandæ.* : : ٧

Hujus N. Pars aversa quum simillima sit Numis 5—9., animus inclinat ad hunc Muhammedem — — pro Chano Dschaghataïdico habendum.

SUJURGHATMYSCH CHAN et EMIR TIMUR.

6.

Notabiliss. P. I. .... سيورغتمش' يرلغى امير تيمور كوركان *Sujurghatmyschi Jarlykum* (s. mandatum) *Emir Timur Gurekan* .... (num forte: exsequutus est?)

P. II. *Non est deus nisi Deus* (لله pro الله). || *Muh. ap. est* || *Dei* (لله). ٧٨٥ 785. (= C. 1383.)

Ad M. superest قند || ر : : Samarkand.

*7.

Rar. notabiliss. Congruit Numo præcedenti, si annum excipias, qui hic ٧٨٨ 788. (= C. 1386.)

*8.

Quum non tam ovum ovo simile sit, quam hujus Numi notabilissimi P. aversa Numis modo descriptis 6. & 7. est, non dubito, quin et ipse e monetà Samarkandensi prodierit, licet de auctore mihi nondum constet.

P. I. السلطان العادل (præcisa hæc et retrograd. litt. expressa)
غياث الدين والد ; Sult. just. Ghaijas-ed-din weddunja
; ; ; . . . .

Tertium versum ad dimidiam plane oblitteratum non tangere præstat.

P. II. ut in N. 6.

MAHMUD CHAN & EMIR TIMUR.

*9.

N. notab. In P. I. supersunt: سلطان || محمود يرلغى || ; مير تيمو ; || ; ; Sultani || Mahmudis Jarlykum || Emir Timur ; ; ;

P. II. Symb. Sunnit. ut in N. 6. Annus est ; ٩٥ (7)95. (= C. 1393.)

*10.

N. notab. In P. I. supersunt	; سلطا	Sultani
	محمود يرلغى	Mahmudis Jarlykum
	; ير °° تيمور	Emir °° Timur
	; ركان	Gurekan
	; ; ;	; ; ;

P. II. ; ٩٧ لا اله الا ; || محمد رسول ; ; || ضرب سمرقند — Moneta Samarkandæ (7)97. (= C. 1394,5.)

Observo, circellos illos tres, quod signum seu Tamgham Timuri fuisse constat, in ipso Numo arctissime junctos esse.

*11.

Rariss. & notab.

P. I. سلطان *Sultani* In P. II. non restat
محمود يرلغى *Mahmudis Jarlykum* nisi Symb. Sunnit.
°°° °°°
امير تيمور كوركان *Emir Timur Kuregan*
يزد . . ? (Jesd?)

*12.

Rar. et notab. P. I. ؞ لطا محمو ؞ Sultanus Mahmud,
°°° °°°
امير تيمور كوركا ؞ *Emir Timur Kuregan.*
خلد الله ملك؞و *Deus perpetuet regnum* meum (?) et
سلطانى (?) *imperium meum.* (?)

P. II. Symb. Sunnit. A dextrâ ad M. restat على *Åly.*

*13.

Rar. et. notab. P. I. ؞ ؞ ان الا Sultanus su-
؞ ؞ م محمود خان premus *Mahmud Chan.*
امير معظم تيمور كوركان *Emirus eminentissimus Timur Kuregan.*

P. II. in quadr. Symb. Sunnit. Ad. M. supra ابو بكر *Abu-Bekr* superest.

*14.

Rar. not. P. I. السلطان محمود || خان امير تيمور || ؞ ؞ ؞ • • • ؞ ؞ ؞ ؞

P. II. in quadr. Symb. Sunnit. Ad M. supra *Abu-Bekr*, ad dext. *Åly.*

*15.

Rar. notab. P. I. *Sultani*
Mahmud Chani Jarlykum.
Emir °°° *Timur*
Kuregan. Perennet (? خلد)
regnum ejus (?). *Moneta* (ضرب)
؞ ؞ كار

P. II. in quadr. Symb. Sunnit. Ad M. restant: *Omar. Osman. Åly.*

*16.

N. rar. & notab. rudiss. scripturæ.

P. I. *Sultan Mahmud Chan.*

.·.

Emir Timur Kuregan,

Perpetuet Deus regnum ejus.

Ad M. quæ fuere, vel præcisa vel oblitterata sunt.

P. II. Symb. Sunnit. Supra Muhammed est ضرب, infra autem nomen urbis بلاس quod non capio. Ad M. restant *Abu-Bekr. ʿOmar. ʿOsman.*

*17.

Rar. notab. P. I.	ضرب	*Moneta*
	سلطان محمود خان	*Sultan Mahmud Chan.*
	امير تيمور كور كان	*Emir Timur Kuregan.*
	خلد ملكه	*Perennet regnum ejus.*
	دربند	*Derbendi.*

P. II. Symb. Sunnit. ad formam quadrati dispositum, altero الله medium occupante. Ad M. superest عثمان *ʿOsman.*

MAHMUD CHAN & EMIR SAʿID.

*18.

Rar. & notabiliss. P. I.	السلطان	*Sultanus*
	محمود خان	*Mahmud Chan.*
	امير سعيد بن	*Emir Saʿid filius*
	تيمر	*Timuri.*

Opinor hunc Emirum Saʿidum eundem esse atque Schah-Rochum. P. II. in quadr. Symb. Sunnit. Ad M. restant *ʿOmar. ʿOsman.*

TIMUR (Tamerlanes).

19.

Aer. notab. P. I. in quadr. تيمور || امير *Emir* || *Timur*.

In M. supersunt, in altero quidem exemplo, خمس || سنة anno || quinto —, in altero autem ثمانين *octogesimo*. (a. 785 = C. 1383.)

In P. II. med. tres circelli °₀°, signum illud s. Tamgha Timuri. Ad M. superest قند || سمر Samarkand.

20.

Aer. præcedente minor. P. I. *Emir* || *Timur*. M. Inscript. plane deleta.

In med. P. II. °₀° Ad M. restat — سمر *Samar*kand.

---

*21.

Aer. ejusdem ac N. 20. modul. In alterâ P. زم || خوار || ضرب *Moneta* || *Chore*- || *smiæ*. In alterâ tres illi circelli °₀°

Numi alii nomine TIMURI insignes.

*22.

Rariss. notab. P. I. in Areolà mediâ: دربند *Derbend*.

In quatuor aliis, quæ hanc circumdant: تيمور || كشا جها || دولت (sic f. ظلا) خلد الله ملكه || — sub *auspiciis* (?) *mun*di || *debellat*oris || *Timuri* || *cujus regnum Deus perpetuet*. In spatiis inter areolas interjectis æræ notatio adfuisse videtur; in uno certe restat ق

P. II. Symb. Sunnit. in formam quadrati dispositum ita, ut posterius الله medium locum occupet. Ad M. restant *Osman*, *Aly*.

Puto hunc Numum (coll. N. 17.) a Scheicho Ibrahim, Rege Schirwaniæ, cusum; quamquam fieri potest, ut Miran-Schahum, Timuri filium, auctorem habeat.

*23.

Rariss. notab. In A. I. superne evanidâ supersunt:

: : : : :	: : : : :
: : : : احمد (?)	: : : : *Ahmed* (?)
خلد الله ملكه	*cujus regnum Deus perennare jubeat.*
امير تيمور كوركان	*Emir Timur Kuregan.*

Marginis inscriptio præcisa & deleta.

A. II. ut in N. 22. Ad M. : : || عمر || عثمان || علي

Fieri possit, ut hic N. ad Sultanum A'hmedem Muszafferiden Kermaniæ regem referendus sit.

TIMURIDAE.

CHALIL SULTAN?

*24.

Rar. notab. P. I.	: : : : :	: : : : :
	: : ار مان امير خليل سلطان	: : . . . *Emir Chalil Sultan.*
	: : بع وثمانماية	*quarto et octingentesimo*
	: : الله ملك :	Perpetuet *Deus regnum* ejus.
P. II.	لا الا : : :	*Non est deus* præter Deum.
	ضرب	*Moneta*
	محمد	*Muhammed*
	سمرقند	*Samarkandæ.*
	: رسول الا :	*Apostolus Dei* est.

Hujus Numi, cujus annus supra positus nihil dubitationis habet, quænam ratio sit, non assequor.

SCHAH-ROCH.

*25.

A e r. rariss. notabiliss. sed perquam detritus. P. I. in trigono
نيم vel تمر
دا ء
ع ء ء ن

In M. ء ء ء || تسع عشر || وثمانمائة anno *octingentesimo et undevicesimo.* (a. 819 = C. 1416.)

P. II. in trigono °₀° Tamgha illa Timuri.

In M. ء ء سمر || قند *Samarkand.*

*26.

Rar. & notab. P. I. (sic) سلطان الاعظم *Sultanus supremus*
٨٣٠ 830 (= C. 1426,7.)
ضرب *Moneta*
امير شاه رخ بهادر خلد الله *Emir Schah-Roch Behadür, perpetuet Deus*
سمرقند *Samarkandæ.*
ملكه وسلطا ء *regnum et imperium ejus.*

In exemplo altero æræ notatio sic habet: ٨٣ و

P. II. in quadr. S y m b. S u n n i t. In M. IV Chalifarum priorum nomina.

Ejusdem Schah-Rochii

hi etiam Numi sunt, nomine principis non indicato procusi:

*27.

Aer. rar. & notab. P. I. in quadr. عدليه *Ádelijja*,
ضرب *Moneta*
بخارا *Bocharæ*.

In M. si qua fuere, deleta sunt. (عدلية q. d. moneta notâ عدل seu ع justum pondus indicante insignita.)

P. II. وثمانماية || وعشرة || ثمان = = anno *octingentesimo et decimo octavo* (a. 818 = C. 1415,6); quamquam ob priorem copulam potius exspectaveris وعشرين (a. 828 = C. 1424,4), quod autem neutiquam adest.

*28.

Aer. rar. notab. In P. I. oblitteratâ Sigillum Salomonis ✡ majus, cui medio flosculus, ut videtur, inditus. Inter angulos superest ضر || ليه [عدل]

In P. II. restant وثمانماية || عشرين || = = = ثلا — anno *octingentesimo vicesimo tertio*. (a. 823 = C. 1420.) Copula و ante عشرين non cernitur.

Qui huic P. impressus est alter typus minor hæc habet litteris minusculis: شاهرخيه || = = د (vel تمر) نيم *Dimidius* (an vero *Timürianus?*) Dangi || *Schahrochiæ*.

*29.

Aer. rar. notab. P. I. ut N. 28.

P. II. itidem ut N. modo laud. Sed typus minor a recentiore manu impressus continet hæc litteris minusculis: بخارا || سر دانکی *Dimidius* (?) *Dangi Bocharæ*.

Adjectus est Numus, incertum, an eâdem inscriptione primitivâ instructus, sed eodem typo recentiore recusus.

*30.

Aer. rar. notab. Ab utrâque P. Numo 28. similis, seu qui Adversae impressus est typus minor recentior ita habet litt. min.: تيم (سر ?) دانكى ترمذ *Dangi dimidius* (?) urbis *Termes.*

*31.

Aer. rar. notab. et ipse Numo 28. similis ab utrâque P. Sed in typo minore, qui a manu recentiore impressus, hæc litt. min. leguntur: سر دانكى سمرقند *Dangi dimidius* (?) *Samarkandæ.*

*32.

Aer. rar. notab. et ipse Numo 28. similis ab utrâque Parte. Novus autem typus Parti II. impressus hîc habet litt. min.: سر دانكى اندجان *Dangi dimidius Anduschanæ.*

*33.

Aer. rar. P. I. in med. Areolâ ornamentis circumdatâ بخارا *Bochara.*

P. II. == || = دى (?) || = لثين || = اثمانية anno oct*ingentesimo* tri*cesimo* pr*imo.* (a. 831 = C. 1427,8.)

*34.

Aer. frequentiss. notab. P. I. Ad M.: فلو || س || عدل || ليه || ضر || ب *Obolus* (fülus) *Ádely*, *moneta*, cui adde, quod in med. Areolâ flosculis circum ornatâ legitur, بخارا *Bocharæ.*

P. II.

سنة	
فى التارخ	*Anno æræ*
ثلاثين	*octingentesimo tricesimo secundo.*
اسـا	(a. 832 = C. 1428,9.)
وثمانماية	

Quod in quarto versu offertur اثنا puto pro اثنتين esse positum. Moneo copulam و ante ثلاثين praefigendam desiderari.

*35.

Aer. rar. notab. etsi vehementer attritus et ad Marg. præcisus, diversus a N. 34. modo descripto non esse videtur. Sed in P. I. recusus est novo impresso typo minore, qui fert:

دانکی *Dangi*,
ضرب *Moneta*
سمرقند *Samarkandæ*.

*36.

Aer. vehementer detritus, et ipse cum N. 34. congruere videtur, sed ab utrâque P. denuo signatus est typo minori, qui in II. quidem habet litteris tenuioribus: عدل || [scil. سمرقند] ءند || ءمر

*37.

Aer. notab. Verissima Numi 34. imago est, si urbem excipias, quæ hîc قند || سمر *Samarkand*.

*38.

Aer. rar. notab. et ipse plane congruens cum N. 34. nisi quod hîc in P. I. mediâ Areolâ مذ || تر *Termes*.

*39.

Aer. rar. notab. Ejusdem generis est, sed Areola hîc habet:

دانکی
ضرب
ترمذ

Dangi Moneta Termesensis.

*40.

Aer. rar. & notab. et ipse de genere Numorum proxime antecedentium. Areolæ P. I. inscriptum est hoc litteris tenuioribus: حصار || ضرب || انكى = *Dangi*, *moneta Hisariæ* [s. Castelli i. e. حصار شادمان Hisar Schaduman].

*41.

Aer. rar. notab. Iisdem titulis, atque N. 34, præterquam quod nomen loci in med. Areolà P. I. est قرشى *Karschi.*

*42.

Aer. rar. notab. cui par ratio atque Numo 34. est, excepto loco, qui hîc audit شاهرخية *Schahrochia.*

*43.

Aer. rar. notab., et ipse ejusdem c. N. 34. generis, si locum excipias, qui hîc est اندجان *Andudschan*

AHMED GUREKAN.

*44.

Rar. notab. P. I. = = = = | = = = =
لسلطان الاعظم = *Sultanus supremus*
سلطان احمد كوركان *Sultan Ahmed Gurekan,*
خلد الله تعالى ملكه و و (?) *Deus excelsus perpetuet ejus regn.*
وسلطانه سمرقند *et imperium. Samarkand.*

P. II. in quadr. Symb. Sunnit. In M. IV Chalifarum priorum nomina insunt, sed retrogradis litteris exscripta.

Ejusdem Ahmedis
forsitan hi etiam Numi sunt:

*45.

Aer. rar. P. I. in med. Areolà *Bochara.*
In P. II. supersunt: وثمانماية || ــعين ـ ؞ || ثمان ع ؞ ؞ *æræ* anno *octingentesimo* non*agesimo* (?) *octavo.* (a. 898 = 1492,3.)

*46.

Aer. rar. P. I. in med. Areâ: ضرب سمرقند *Moneta Samarkandæ.*
. P. II. eadem, ac N. 45. Insunt etiam novi typi minoris vestigia obscura.

Numi, qui ad hanc ipsam Classem
an ad proximam referendi sint,
dubium est.

*47.

Aer. rariss. & notab. P. I. in med. Areolâ: ضرب || شاش *Moneta Schaschæ.*
In P. II. supersunt: واربع || ــعين || ؞ ؞ ؞ ؞ || ؞ ؞ ؞ ؞ *nonagesimo et quarto.*

*48.

Aer. rariss. & notab. In P. I. supersunt, in mediâ quidem Areolâ: ؞ ارد || ؞ ـ *Mo*neta *Or*dæ. Sed appositus typus recentior fert:
دانكى *Dangi*
اردو *Ordæ.*

In P. II. nil restat, nisi ؞ ؞ ؞ سنة احدى ــ ؞ ؞ ؞

*49.

Aer. rar. notab. In P. I. supersunt: ضرب بلد فاخره بخارا
Moneta urbis gloriosæ Bocharæ.
In P. autem II. valde evanidâ: ? : ضر ب بل ملك ما
? صرب

*50.

Aer. rar. In P. I. restant: : : : ضرب بلده : || وسا : :
In P. autem II. — شهور سنه : : : :

*51.

Aer. rar. notab. plane detritus, exceptis, quæ a typo recentiore Parti alteri impressa sunt: عدل بدى

*52.

Aer. rar. notab. Ab unâ P. nil cernitur, præter vestigia recusionis obscura. Alteram autem P. occupat typus recentior novies repetitus, hanc exhibens inscriptionem: سرد (cf. pag. seq.)
مر
عدل

*53.

Aer. rar. notab. P. I. صن
و كو
ضرب

Urbem كونين frustra quæsivi.
In P. II. supersunt: : : : : ين : : ه : سنة بتاريخ

CLASSIS XXIII.

NUMI

CHANORUM SCHEIBANIDARUM, DSCHANIDARUM &c.

in universâ Bochariâ Magnâ

vel in ejus provinciâ aliquâ.

A.) SCHEIBANIDAE.

ABU'L-FATH MUHAMMED SCHEIBANI (Schah-bacht,)

(aliis Scheibek) filius Schah-Budaghi.

1.

Rar. notab. P. I. = = = =

= = ما . . . . . = =

محمد — السـ — *Muhammed*

— فتح = و = — Ab*ul-fath Sult*anus,

خلد الله تعالى ملكه — cujus *regnum Deus excelsus perpetuet.*

= = = = =

In Areolâ, quæ, ubi geminam lineam duxi, exstat, cernitur:

مرد quod quid denotet, ignoro.

سر

ضرب

(In Mus. Potot. hujus Numi exemplum est, in quo in inf. hac Areolâ additus a. ٩١٤ 914. = C. 1508,9.)

P. II. *Non est deus præter Deum.*
Muhammed Apostolus Dei est.
In M. restant علی المرتضی — Adi N. 9. sequentem.

*2.

Aer. rariss. notab. In P. I. Areolâ quæ cernuntur, non assequor. Habent autem hunc fere in modum: دزا
بهد
مکهعا

M. Inscr. fere oblitterata vel præcisa. Supersunt: ضرب
د ::: فلوس ::: قتل (?)

P. II.] فی سنةا [لتارخ اربع || عشر || وتسعمایة anno æræ nongentesimo decimo quarto.

MUHAMMED KUTSCHGÜNTSCHI (کوجکنجی) fil. Abul-chair Chani,

aut

OBEID-ULLAH I. fil. Mahmud Sultani.

*3.

Aer. rar. P. I. in med. Areolâ *Bochara.*

P. II. :ی (فی؟) التارخ تسع (?) عشر وتسعمایة anno æræ nongentesimo decimo nono. (a. 919 = C. 1513,4.)

*4.

Aer. rar. P. I. ::: || بتارخ تسع (سبع؟) || عشر || وتسعمایة || سمرقند *anno nongentesimo decimo nono* (vel *septimo*). *Samarkand.*

P. II. Flosculorum ornamentum.

*5.

Aer. rar. P. I. ضرب بلده بخارا *Moneta urbis Bocharæ.*
P. II. ٩٢٧ بتارغ سنة *anno* 927 (?) (= C. 1521.)

*6.

Aer. rar. P. I. ضرب بخارا *Moneta Bocharæ.*
P. II. (فى) النارغ ثلاثين وتسعماية ى *anno nongentesimo tricesimo.* (a. 930 = C. 1523,4.)

---

*7.

Aer. rar. P. I. ضرب بلده فاخره بخارا *Moneta urbis gloriosæ Bocharæ.*
P. II. سنه = اربعين = تسعماية

ABD-UL-LATIF BEHADÜR CHAN,

fil. Kutschgüntschi.

*8.

Rar. notab. In P. I. Ar. عبد اللطيف بهادر خان ٩٥٣ *Abd-ul-latif Behadür Chan.* 953. (= C. 1546,7.)

Aream quæ circumdedere, vel deleta vel præcisa sunt. Restant: مرد — ضرب — و غازى —

In P. II. inauratæ Ar. لا اله الا الله || محمد || رسول الله *Non est deus præter Deum.* || *Muhammed* || *Apostolus Dei est.*

Circa supersunt — يق الصد ابا بكر الو — Adi N. proxime sequentem.

*9.

Rar. notab. In P. I. Areolâ quadratâ: عبد اللطيف بهادر خان *Ábd-ul-latif Behadür Chan.*

Circa Areolam: الخاقان العادل والملك الكامل بو (sic) الغازى خلد الله تعالى ملكه وسلطانه ضرب سر مرد (?) سمرقند *Chakanus justus et Rex perfectus Abu'l-ghasi, cujus regnum et imperium Deus excelsus perpetuet! Moneta . . . . . Samarkandæ.*

P. II. in med. Areolâ Symb. Sunnit.

Circa eam: امير المومنين ابا (sic!) بكر صديق ‖ امير المومنين عمر الفاروق ‖ امير المومنين عثمان العفان ‖ امير المومين على المرتضى *Emirus Fidelium Aba* (!) *Bekr, testis veritatis.* ‖ *Emirus Fidelium 'Omar distinctor* (veræ et falsæ fidei). ‖ *Emirus Fidelium 'Osman modestus* (s. pudicus). ‖ *Emirus Fidelium Ály gratus habitus* (Deo, vel Prophetæ).

ÁBD-ULLAH BEHADÜR CHAN,

filius Iskender Chani.

*10.

Rar. notab. P. I. in med. Areolâ: عبد الله بهادر خان ٩٩١ *Ábdullah Behadür Chan* 991. (= C. 1583.) In altero ex. anni notatio non nisi ٩٩ ferre videtur.

Circa Areolam supersunt: الخاقان العادل والملك : : (Ex huj. N. ex. quod non nostri Musei est, intellexi, præterea adfuisse: : : ابو الغازى خلد الله : : وسلطانه : : et Numum *Bocharæ* esse cusum.)

P. II. in Ar. Symb. Sunnit.

Ad M. vestigia supersunt Inscriptionis ejus, quam integram ex N. 9. modo laudato adduximus.

B.) DSCHANIDAE.

BAKI MUḢAMMED CHAN,

filius Dschani Chani.

*11.

Rar. notab. P. I. in Ar. ١٠١١ باقی محمد بهادر خان *Baki Muḣammed Behadür Chan.* 1011. (= C. 1602,3.)
Ad M. الخاقان الخان (?) .. لخارمان ابو الغازی : : : : بخارا *Chakanus . . . . . Abu'l-ghasi : : : : : Bochara.* In alt. exemplo: : : : : : مالخارمان : : : : تعالی ملکه : : ضرب سیر مرد بخارا
In P. II. Ar. Symb. Sunnit. Circa eam in uno ex. restat: امیر المومنین عمر, non addito epith. الفاروق

SEYD ABU'L-FEISZ MUḢAMMED CHAN,

filius Subḣankuli Chani.

*12.

Aur. rar. notab. P. I. سید ابو الفیض محمد بن سبحانقلی محمد بهادر خان ١١٢٣ *Seyd Abu'l-feiſz Muḣammed filius Subḣankuli Muḣammed, Behadür Chan.* 1123. (= C. 1711.)
P. II. in quadr. Symb. Sunnit.
Ad M. ابو بکر || عمر || عثمان || حیدر *Abu-Bekr. 'Omar. 'Osman. Ḣaider* (s. *Leo* Dei i. e. Aly).

*13.

Aur. notab. Parti I. idem titulus atque N. superiori 12. est, excepto anno, qui hîc ١١٢٨ 1128 (= C. 1716).
P. II. Symb. Sunnit.

*14.

Aur. Inscriptiones huj. N. congruunt cum N. 13. nisi quod æræ nota ۱۱۳۰ hic in inf. P. I. ad Marg. collocata est.

*15.

Aur. P. I. ۱۱۳۱ سيد ابو الفيض محمد بهادر خان *Seyd Abu'l-feifz Muhammed Behadür Chan.* 1131. (= C. 1718,9.)
P. II. Symb. Sunnit.

16.

Aur. iisdem titulis ab utrâque P. instructus, atque N. 15. proxime præcedens. Anni autem notatio non addita.

*17.

Multo usu attritus. In P. I. restant: ابو الفيض محمد بهادر خان
In P. II. Symb. Sunnit.

SEYD ABD-UL-MUMIN II. MUHAMMED CHAN,

filius Abu'l-Feifz Chani.

18.

Aur. P. I. سيد عبد المومن محمد بهادر خان *Seyd Abd-ul mumin Muhammed Behadür Chan.*
P. II. Symb. Sunnit.

MUḤAMMED RAḤIM CHAN.

*19.

Aur. rar. notab. P. I. محمد رحیم بهادر خان *Muḥammed Raḥim Behadür Chan.*
P. II. Symb. Sunnit.

SEYD ABU'L-GHASI MUḤAMMED CHAN.

*20.

Rar. notab. P. I. سید ابو الغازی محمد بهادر خان ۱۲۰۰ *Seyd Abu'l-ghasi Muḥammed Behadür Chan.* 1200. (= C. 1785,6.)
P. II. ضرب بخارای شریف ۱۲۰۰ *Moneta Bocharæ nobilis.* 1200.

SEYD EMIR ḤAIDER,

filius Schah Murad.

*21.

P. I. سید امیر حیدر ۱۲۲۶ *Seyd Emir Ḥaider.* 1226 (= C. 1811.)
P. II. ضرب بخارای شر.. ۱۲۲۶ *Moneta Bocharæ nob*ilis. 1226.

*22.

Simillimus proxime præcedenti, si ab anno recesseris, cujus hîc in P. I. restat nota — ۷, in P. II. autem cernitur integra ۱۲۲۷ 1227. (= C. 1812.)

*23.

Iisdem titulis, atque duo N. proxime antecedentes, instructus, excepto anno, qui hîc ١٢٣٧ vel ٦ 1237(6). (= C. 1820,1,2.)

Huic Classi extremæ adjicere visum est Numos hosce, ad Bochariæ Magnæ Principes sine ullâ dubitatione referendos, quorum ætatem definiundi conditionem æræ notatio sive non addita sive perdita tollit.

*24.

Rar. notab. P. I. in med. Areolà: ضرب سر مرد Circa eam restant hæc: ‥ الاعظم ـ المنصور ابو يحيى بهادر ‥ الله تعالى ملكه ‥ Sultanus *supremus* Chakanus *victoriosus Abu-Jahja Behadür — cujus regnum — Deus excelsus* perpetuet.

P. II. Symb. Sunnit.

Ad M. eadem inscriptio, quæ in N. 9.

*25.

Rar. notab. at damnosâ die imminutus. In P. I. Areolà يحيى
لو مىو (?)
خان

Ad M. restant: ‥‥ الدين بها ‥‥ لد الله تعالى ‥ بخار ‥

P. II. ut in N. 24.

*26.

Rar. notab. In P. I. Areolâ sunt, quæ componere non ausim. Habent autem hunc fere in modum: د

Circa Areolam: السلطان .. ابو الغازی ه .. .. .. بهادر خلد الله ... *Sultanus* supremus *Abu'l-ghasi* Husein (vel Hasan) Sultan *Behadür*, cujus regnum *Deus* excelsus *perpetuet.* (Supplevi interpretationem ex hujus N. exemplo, quod alterius Musei est.)

P. II. ut in N. 24.

27.

Aer. rar. notab. P. I. درهم عالی *Dirhem sublimis.* (Moneta augusta.)

P. II. ضرب خوقند *Moneta Chokandæ.*

CLASSIS XXIV. *)

NUMI

IMPERATORUM BABERIDARUM,

qui vulgo Magni Mogoli audiunt.

DSCHELAL-ED-DIN AKBER.

1.

Aur. P. I. in med. ۹۷۲ جلال الدین محمد اکبر پادشاه غازی *Dschelal-ed-din Muhammed Akber Padischah Ghasi.* 972. (= C. 1564,5.) Supra cernuntur السلطان الاعظم خلد الله *Sultanus supremus. Deus perpetuet* — Infra ملکه سلطا... *regnum* et *imperium* ejus. Suspicor aliud quid præterea inf. loco adfuisse.

P. II. لا اله الا الله || محمد || رسول الله *Non est deus præter Deum. Muhammed Apostolus Dei est.*

In M. nomina IV priorum Chalifarum fuisse videntur, aucta quidem additamentis, quæ et ipsa hîc fere prorsus intercidêre, nec in ullo Numorum sequentium 2. 3. 4. 22. 23. vel paullulum integriora deprehenduntur. Scil. typo signati sunt majorí, quam quem metalli ambitus caperet. Puto tamen hæc adfuisse: بصدق ابی بکر || وعدل عمر || وازرم (?) عثمان || وعلم علی i. e. *per fidem Abu-Bekri et justitiam 'Omari & verecundiam 'Osmani & doctrinam Ályi.*

---

*) Et hac in Classe et in duabus, quæ eam proxime excipiunt, dubitavi stellulà distinguere, quotquot Numorum antehac inediti mihi visi sint, quoniam tantus est librorum, qui res Indicas, Persicas & Turcicas tractant, apparatus, ut me bonà ejus parte destitutum facile fugerint, qui ab aliis jam editi. Eàdem de caussâ nec raritatem singulorum annotavi.

2.

Aur. Congruit fere cum N. 1. modo descripto, si ab anno recesseris, qui hîc est ٩٧٦ 976. i. e. C. 1568,9. et ab inf. P. I. ubi supersunt : عا : حضرت دهلی : : : — in *Sede regiâ Dehli* —

3.

Aur. Similis proxime præcedentibus, nisi quod in P. I. med. annus hîc est ٩٧٧ 977. (= C. 1569,70.), in supr. خلد الله تع : ملكه :, in inf. autem supersunt : ار الخلافة : : : — in au*lâ Chalifa*tûs (Agrah) —

In P. II. M. supersunt: على (? بعلم) — (ابی بکر) (بصدق) : : : ق : صد de quibus redi ad N. 1. modo descriptum.

4.

Aur. Iisdem titulis atque N. 3. gaudet, sed anni ٩٧٩ 979. i. e. C. 1571,2. est. In P. II. M. restant: : دق ابی بکر—

5.

Aur. notab. P. I. الله اكبر جل جلاله *Deus est maximus, gloria ejus sublimis sit.*

P. II. ضرب لاهو : شهريور الهى ٤٧ *Moneta Laho*ri (mense) *Schehrijur* (Schehriwer) a. 47. *ilahy* (s. divino i. e. æræ Akberianæ scil. a. Ch. 1603 = H. 1012.)

NUR - ED - DIN DSCHEHANGIR.

6.

Notab. P. I. نور الدين جهانگير شاه اكبر شاه *Nur-ed din Dschehangir Schah* (filius τȣ) *Akber Schah.*

P. II. ضرب پتنه ماه بهمن الهی ۹ *Moneta Patnæ mense Behmen ilahy* (anno) 9. (scil. cœpti imperii i. e. a. H. 1023; quæ ipsa anni notatio etiam cifris minoribus addita) ۱۰۲۳ (= C. 1614).

7.

Notab. P. I. eodem titulo atque N. 6. insignis.

P. II. ضرب لاهور ماه اسفندارمز الهی ۱۰ *Moneta Lahori mense Esfendarmus* a. *ilahy* 10. (a. imp. 10. = H. 1023,4 = C. 1614,5.)

8—20.

Numi zodiacales, omnes, præter unum N. 15. exceptâque æræ notâ, uno eodemque in P. I. insignes titulo. Est autem hic:

از جهانگير شاه شاه اكبر
يافت در اگره روى زر زيور

A Dschehangir Schaho, (filio τȣ) *Akber Schah,*
Facies Numi ornamentum nacta est in Agrah.

Jam age singulos recenseamus.

8.

Aur. a. ۱۰۲۸ 1028. (= C. 1619.)

P. II. Virgo, averso capite, quod Sol circumdat, alis instructa, dextrà spicam tenens. Ad sinistram: سنه ۱۴ *anno* (scil. post cœptum imp.) 14. (Ergo altera indicatio, Numum a. 1028. esse cusum.)

9.

Aur. a. eod. Additus in eàdem P. I. supr. annus 14. post susceptum imperium.

P. II. Sol in Scorpione.

10.

Aur. a. ۱۰۳۰ 1030. (= C. 1631.) Infra est ۱۶ 16. a. imp.

P. II. Sol in Librâ. Inter lances Indici stateres quatuor cernuntur.

11.

Aur. a. ۱۰۳۱ 1031. (= C. 1621.), cum eod. 16. anno imp.

P. II. Sol in Sagittario. (Scil. Centaurus, s. homo equo mixtus, partem corporis superiorem humanam retro versus et arcum intendens).

12.

Aur. a. 1031. sed a. imp. 17. — igitur a. C. 1622.

P. II. Cancer marinus, corpore sex stellulis insignito. Inter chelas Sol dimidius. Infra tres stellulæ.

13.

Anni H. ۱۰۳۲ 1032. et a. imp. 17. — igitur a. C. 1623.

P. II. Sol in Capricorno. (Capricornus autem hic Indicus animal est, cornibus, collo et duobus pedibus anterioribus caprinis, reliquo corpore in piscem abeunte.)

14.

Aur. et ipse a. H. 1032. sed a. imp. 18. — ergo a. C. 1623.

P. II. Gemini intra Solem, inter se osculantes et amplexantes.

15.

P. I. جهانگیر پادشاه غازی ضرب اجمیر — ۱۰۳۲ *Dschehangir Padischah ghasi. Moneta Adschmiri* 1032. (= C. 1623.)
P. II. Sol in Aquario.

16.

Aur. a. H. 1032. sed a. imp. 18. — ergo a. C. 1623.
P. II. Sol in Piscibus.

17.

P. I. a. H. ۱۰۳۳ 1033. a. imp. 18. — ergo a. C. 1624.
P. II. Sol in Piscibus.

18.

Aur. ut N. 17.
P. II. Aries, cujus supra dorsum Sol ad dimidium orsus.

19.

Aur. et ipse a. H. 1033. sed a. imp. 19. — igitur a. C. 1624.
P. II. Sol in Tauro. (Est taurus Indicus, tubere inter collum & dorsum eminente.)

20.

Aur. P. I. ut N. 19.
P. II. Sol in Leone.

SCHEHAB - ED - DIN SCHAH DSCHEHAN.

21.

P. I. پادشاه غازی محمد شاه جهان — شهاب الدین صاحب قران ثانی *Padischah ghasi Muhammed Schah-dschehan — Schehab-ed-din alter Sahib-kiran* (s. alter fausto sidere natus i. e. alter Timurleng). In extr. versu secundo superest : سـ : احد : nimirum سنه احدی *primo* imperii *anno*.

P. II. Symb. Sunnit. et ضرب برهانپوری سنه هجرة ١٠٣٨ *Moneta Burhampuri anno Hedschræ* 1038. (= C. 1629.)

22.

P. I. in med. quadr.: پادشاه غازی || شاه جهان *Padischah ghasi Schah-dschehan.*

Ad M. restant : صاحب || قران ثانی || ض : : :

P. II. Symb. Sunnit. addito a. H. ١٠٥٦ 1056. (= C. 1646.) et 19. a. scil. post susceptum imperium.

In M. truncato supersunt: : ق ابی بکر : : : : : علی : علی : quæ quomodo sint supplenda, vide supra ad huj. Classis N. 1.

23.

P. I. ut N. 22. nisi quod hîc in inf. Ar. quadr. ٢٦ 26, a. scil. imper., et in M. a sinistrâ سو : : (f. سورت) restat.

P. II. ut N. 22. modo laudati. Ad in M. a sin. cernitur a. ١٠٦٣ 1063. (= C. 1653.)

MUHI D-DIN EWRENG-SIB ÁLEM-GIR.

24.

P. I. سکه زد در جهان چو بدر منیر شاه اورنك زیب عالم کیر ۱۰۷۷ *Numum lunæ splendenti similem* (qui valeat) *per terrarum orbem, cudit Ewreng-sib Álem-gir* (s. orbis terrarum victor) ۱۰۷۷. (a. 1077. = C. 1666.)

P. II. ضرب سورت سنه ۹ جلوس میمنت مانوس *Moneta Suratæ anno* 9. *inaugurationis felicitati innutritæ* (i. e. felicissimæ).

25.

Iisdem titulis atque N. 24. instructus, sed multo magis decurtatus. Notatio a. H. periit, regni autem annus 13. est; ideoque N. cusus est a. 1080,1. = C. 1669,70.

26.

Et ipse Numo 24. similis, nisi quod hic pro چو بدر منیر *instar lunæ splendentis* legitur چو مهر منیر *instar solis splendentis.*

P. II. ضرب اکبر نکر ۱۰۹۹ سنه ۳۲ جلوس میمنت مانوس. *Moneta Akber-nagari* (Agræ) 1099. (= C. 1688.) *anno* 32. *imperii felicissimi.*

27.

Iidem tituli huic atque N. 24. sunt, sed a. H. in P. I. est ۱۱۰۳ 1103. (= C. 1691.), annus autem imper. in P. II. ۳۵ 35. est. Nomen urbis intercidit.

28.

P. I. ut N. 24. sed a. ۱۱۰۶ 1106. (= C. 1694.)

P. II. ضرب دار الخلافة شاه جهان اباد سنه ۳۸ جلوس میمنت مانوس *Moneta aulæ Chalifatús, Schah-dschehan-abad* (i. e. Dehli), *anno* 38. *imperii felicissimi.*

29.

Huic quoque par ratio est cum N. 24. si excipias annum locumque. Ille quidem in P. I. est ١١٠٧ 1107. (= C. 1695.) et in P. II. a. imp. ٣٩ 39., urbs autem اتاوه Etawa est.

30.

Aur. P. I. ut N. 26. nisi quod a. est ١١٠٨ 1108. (= C. 1696.) P. II. *Moneta* برهانپور *Burhampuri anno* 40. *imp. fel.*

KOTB-ED-DIN SCHAH-ÂLEM I.

31.

P. I. سکه مبارك شاه عالم بهادر پادشاه Numus *faustus* τȣ *Schah-Âlem Behadür Padischah* (ghasi? s. imperatoris pro fide pugnantis). Puto æram in supr. hac P. adfuisse.

P. II. ضرب اکبر اباد مستقر الملك سنه ٢ جلوس میمنت مانوس *Moneta Akber-abadi* (s. Agrah) *sedis regni*, *anno* 2. *imperii feliciter suscepti.* Ergo a. H. 1119. s. post Ch. nat. 1708.

NASIR-ED-DIN MUHAMMED SCHAH.

32.

P. I. سکه مبارك صاحب قران ثانی محمد شاه پادشاه غازی ١١٣٤ *Numus faustus alterius Sahib-kiran* (s. fausto nati sidere i. e. alterius Timurlengi) *Muhammed Schah*, *Padischah ghasi* 1134. (= C. 1722.)

P. II. ضرب دار الخلافة شاه جهان اباد سنه ٤ جلوس میمنت مانوس *Moneta sedis Chalifatûs, Schah-Dschehan-abad* (s. Dehli), *anno* 4. *inaugurationis felicissimæ.*

33.

Iisdem titulis ac N. 32. insignis, sed a. H. ١١٣٨ (1138.), a. imp. ٨ 8. (= C. 1726.)

34.

Et ipse N. 32. per omnia similis, excepto a. qui H. ١١٣٩ 1139, imp. 9. est. (= C. 1727.)

35.

*P. I. سکه مبارك پادشاه غازى محمد شاه ١١٤٠ *Numus faustus Imperatoris pro fide pugnantis Muhammed Schah.* 1140. (= C. 1728.)
·P. II. *Moneta* ترکورا ? *a.* 10. *imp. fel.*

36.

Per omnia similis Numo 32. si recesseris ab a. H. 114 : (1142-3.), et a. imp. 12. (= C. 1730,1.)

37.

Et ipse N. 32. similis, nisi quod a. H. 114 : (1145-6.), a. autem imp. 15. est. (= C. 1733,4.)

38.

Similis Numo 35. sed cusus in اتاوا *Etawá* a. H. 1245(6.), a. imp. 15. (= C. 1733,4.)

39.

Et ipse Numo 35. congruit, si a loco, ubi cusus est, recesseris et ab anno. Ille quidem est فتوح شاه اباد *Futuh-Schah-abad* (?), hic autem H. 114 : (1146,7.), imp. 16. (= C. 1734,5.)

40.

Similis Numo 39. modo laudato, sed a. H. 1148, a. imp. 18. (= C. 1735.)

41.

Congruit cum N. 32. præterquam quod a. H. est 114; (1148.), a. autem imperii 18.

SCHAH-ÅLEM II.

42.

P. I. سکه زد بر هفت کشور سایه فضل اله حامی دین محمد شاه عالم پادشاه *Numum, per septem climata* (qui valeat), *cudit umbra favoris divini, assertor religionis Muhammedanæ, Schah-Ålem Imperator.* Anni nota cum magnâ hujus tituli parte intercidit.

P. II. ضرب ارکات سنه ۱۲ جلوس میمنت مانوس *Moneta Arkati anno* 12. *inaugurationis felicissimæ.* (a. H. 1185,6. = C. 1771,2.)

43.

Aer. P. I. ۱۱۹۵ شاه عالم پادشاه *Schah-Ålem Imperator.* 1195. (= C. 1781.) Adsunt duæ *

In P. II. quinque ornatâ stellis: سنه ۲۲ جلوس *anno imperii* 22.

44.

Aer. minoris moduli, cæterum proxime præcedenti congruens.

45.

P. I. titulo eodem ac N. 42. et quidem integerrimo gaudet. Anni nota fert ١٢٠٢ 1202. (= C. 1787,8.)

P. II. ضرب مرشد اباد سنه ١٩ جلوس ميمنت مانوس *Moneta Murschid-abadi anno 19.* (imo vero: 29.) *regni feliciter suscepti.* Adest *

46.

Congruit Numo proxime antecedenti, nisi quod in hujus P. I. anni nota omissa est.

47.

Aer. P. I. شاه عالم بادشاه سنه ٣٧ جلوس *Schah-Alem Imperator. anno suscepti imperii* 37. (a. H. 1209. = C. 1796,7.)

P. II. supra et infra inscriptio litteris Bengalicis. Medio s. tertio versu: يك پاى سكه *Una Pai-moneta.*

HUIC CLASSI XXIV.

tanquam Appendicem

hanc Numorum in Indiâ signatorum triadem

subjicere visum est.

TIPO, SULTANUS MAISURENSIS

a.

A e r. parvul. P. I. ضرب پتن *Moneta Pattani* (i. e. Seringapatam).

P. II. Elephas armatus. Supra eum ١٢١٥ 1215 (scil. post nat. Muhammedem, s. a. H. 1201. = Ch. 1786,7.)

b.

Notabilissim. P. I.

محمد
دین احمد در جهان
روشن است زفتح حیدر ح ضرب
پتن سال شتا سنه ٨١٢١

Muhammedis (?) *Ahmedis religio in orbe terrarum* || *illuxit per victoriam Haideri. H.* (i. e. Haider). *Abidy* (nomen huj. N. est), *moneta* || (urbis) *Pattan* (cusa) *anno* (cycli) *Schita* (seu 44°.), *anno* (post Muhammed. nat.) 8121. (scil. inverso ordine pro 1218. i. e. a. H. 1204. a. Ch. 1789,90)

P. II.

هو
السلطان الو
جید
العادل تاریخ جلوس سال سح
سبویم بهاری سنه ٨ جلوسی

Hic est || *Sultanus uni-* || *cus justus. Aera auspiciorum regni* ejus est *annus* (cycli) *Sech* (dictus, scil. 37.), *tertius* (dies mensis) *Behary*, *annus* (autem) *imperii* 8.

NUMUS REGNI CANANORE.

c.

Rar. P. I. على راجا || الملك الوالى *Rex protector* || *Aly Radscha.*
P. II. ٨٧١ || بالهجرة anno 871. a *Fugâ.*

CLASSIS XXV. *)

NUMI

SCHAHORUM PERSIAE,

Sefidarum, Awghanorum,

Efscharidarum, Sendidarum & Katscharidarum.

TÄHMASP I.

1.

Aer. (Fulus.) rarissim. sed temporis injuriam passus. In P. I. restant: ٩٥٨ || شماخی = = *Schamachi*, 958. (= C. 1551.)

In P. II. figuræ bestiæ nescio cujus vestigia cernuntur.

2.

(Ábbasy.) Rarissim. A. I.

طالب عا = =
غلام علی = =
شاه طهماسب الحسینی (?)
ضرب یزد
٩٧٩ (vel ٩٧٥)

Schah Tæhmasp el-Husainy (ab Husain filio Ályi oriundus), *servus Ályi* fil. Abi-(?) *Talib* — *Moneta Jesdæ*. (anno) 979. (= C. 1571,2.) vel 975. (= C. 1567,8.)

M. inscriptio fere deleta.

---

*) Stellulam Numorum antehac ineditorum notam in hac etiam Classe addere omisi propter caussam supra p. 446. allatam.

A. II. لا اله الا الله || محمد || رسول الله || على ولى الله *Non est deus nisi Deus. Muhammed Apostolus Dei est; Åly Wely* (i. e. vel vicarius, vel procurator) *Dei.*

M. continuit XII Imamorum nomina, *) quorum quidem maxima pars oblitterata.

ÅBBAS I.

3.

(Åbbasy.) Ansulà auctus. notab. P. I. circa mediam Areolam:

١٠٠٥
بند بت ه
وشا لاه
ضر عباس

in ipsâ Areolâ: حويزه
ب

Quæ desunt in nostro N. supplevi ex integriore exemplo Mus. Imp. Vindob. quod vid. in Meninskii Lex. Vol. III. p. 1. Sunt autem illa hunc in modum disponenda: بندة شاه ولايت عباس ضرب حويزه ١٠٠٥ *Åbbas, servus regis Welijatûs* (s. vicariatûs divini, i. e. Åbbas, servus Ålyi b. Abi-Talib *Wely-Allahi* s. vices Dei in terrâ sustinentis): *Moneta Huweisæ* (vulgo Hawisa audit, in Chusistàn) 1005. (= Ch. 1596,7.) Deprehenduntur præterea supra عبا duæ notæ, quas ٥٣ legere liceret, sed quid sibi velint, non patet.

In M. exempl. Vindob. inscriptionis nescio cujus supersunt pauca vestigia.

---

*) Quæ h. l. commemorare juvat: *Åly. el-Hasan. el-Husein. Åly* II. *Muhammed* I. *Dschåfer. Musa. Åly* III. *Muhammed* II. *Åly* IV. *el-Hasan* II. *Muhammed* III.

A. II. لا اله الا الله — *Non est deus nisi Deus.*
محمد — *Muhammed*
نبی الله علی و — *propheta Dei, Âly We-*
لی الله — *ly Dei est.*

Adverte in hoc Symb. Schi'it. نبی pro solemni رسول positum.

M. continuit XII Imamorum nomina.

4.

(Âbbasy.) Rarissim. notab. Titulorum ratione et dispositione Numo proxime antecedenti congruit, si excipias, tum nomen loci hic esse شوستر *Schuster* eique ipsi superimpositam anni notam 1115, tum cifras hic deesse, quas in N. illo supra عباس obvias notabam.

5.

(Âbbasy.) Rariss. et notab. ad veram Numi praecedentis similitudinem formatus, sed cusus est in رامهرمز *Ramhormus*, et æra, ut in N. 3., supra بث rejecta. Litteris passim interspersum س

In M. Partis I. quæ fuere, deleta quippe vel præcisa, agnosci amplius non possunt.

6.

(Âbbasy.) Rariss. notab. P. I. in med. quadr. oblongo: *Âbbas, servus regis Welijatûs. Moneta τε* دزفول *Disful* (quæ et ipsa, ut urbes in NN. proxime antecedentibus obviæ, in Chusistaniâ sita est). Supra restant = خلد ملكه وسلطا = perpetuet Deus *regnum et imperium ejus.* Eorum, quæ infra posita fuere, non nisi apices eminent.

P. II. ut in tribus Numis modo laudatis.

7.

(Rial.) Rar. P. I. بنك شاه ولايت عباس ضرب اردبيل ١٠٣٥ *Ábbas servus regis Welijatús* divini. *Moneta Ardebilæ* 1035. (= C. 1725,6.)

P. II. *Non est deus nisi Deus, Muhammed Apostolus* (رسول) *Dei, Ály Wely Dei est.*

8.

Extremo huic loco adjicere visum est Numum (Ábbasy, al. Sad Dinary) magnopere imminutum, ad similitudinem Numi 3. accedentem. In Part. I. Ar. ب حويزه ١٩ cernitur, M. oblitt.

P. II. Symb. Schi'it. cuj. posterior pars in med. Ar. rejecta. Puto N. hunc a. 1019. ideoque hujus Ábbasi I. esse.

SEFY I.

9.

(Ábbasy.) Rar. in P. I. quæ superne imminuta esse videtur, cernuntur:

هان ا شاه
ست صفى

Num forte in his latet: شاه صفى خازن خدا است *Schah Sefy thesaurarius Dei est?*

Infra autem legitur: ضرب تبريز ١٠٤٠ *Moneta Tebrisi* 1040(?) (= C. 1630,1.)

P. II. Symb. Schi'itarum.

10.

(Nim Rial.) Rar. cum epigraphe passim mutilatâ: هست از جان – غلام ی == Sefy *ex corde servus — est?* ضرب صفـ== ن *Moneta Issfahani*, quod quidem nomen orbe inclusum videtur.

P. II. Symb. Schi'it.

ÁBBAS II.

Hujus Schahi Numis iis, qui inde a numero 11. usque ad 23. procedunt, licet ut moduli ambitu, ita loci annique notâ differant, par titulorum ratio est. Est autem hæc:

P. I. بگیتی سکه زد صاحبقرانی
از توفیق حق عباس ثانی

Monetam in mundo cudit augustai
Secundante Deo Ábbas secundus.

Partis II. A. Symb. Schi'itarum.

11.

(Nim Rial.) In P. I. supra حق notatus est annus ١٠٥٤ 1054. (= C. 1644.) Urbis nomen intercidit. Supra ad sinistram parvus typus a secundâ manu impressus (contre-marque) sistit unum vocabulum راع leg. رائج (i. e. Numus probus); hac autem ratione Numos probos ab adulterinis, qui cum maxime simul cursum habent, distinguere solent.

12.

(Nim Rial.) Est a. ١٠٥٦ 1056. (= C. 1646). Urbis nomen hic quoque intercidit.

13.

(Schahy.) Cusus in تبريز *Tebris* a. ١٠٥٧ 1057. (= C. 1647.)

14.

(Rial.) Cus. in مسس — (تفليس ? *Teflis*) a. ١٠٦٠ 1060. (= C. 1650.)

15.

(Rial.) *Moneta Tebrisi* ١٠٦٤ 1064. (= Ch. 1653,4.)

In Partis II. M. sunt XII Imamorum nomina.

16.

(Rial.) *Moneta Teflisi* ej. anni.

M. Partis II. inscriptione vacuus.

17.

(Rial.) ضرب ايروان *moneta Irewani* (Eriwan) a. ١٠٦٦ 1066. (= C. 1655,6.)

P. II. ut N. 15.

18.

(Rial.) *Tebris* 1070. (= C. 1659,60).

P. II. ut N. 15.

Alterum hujus N. exemplum globulo perforato superne auctum.

19.

(Rial.) Cus. *Teflisi*, ceterum proxime antecedenti congruit.

20.

(Rial.) *Irewan* 1072. (= C. 1661,2). Reliqua habent ut in NN. proxime antecedentibus.

21.

(Rial.) Congruit cum N. 20. nisi quod a. 1073. (= C. 1662,3.) cusus est.

22.

(Rial.) Ansulà auctus. Cus. est a. 1075. (= C. 1664,5.) Loci notatio intercidit. P. II. ut N. 15.

23.

(Rial.) *Teflis* 1076. (= C. 1665,6.) P. II. ut N

24.

(Nim Rial, al. Abbasy, al. Ponabad.) Rarissim. notab. facie non absimilis quatuor prioribus Ábbasi I. Numis supra recensitis. In Partis I. M. restant: : : : : : د از توفیق حق عباس ثانی — *secundante Deo, Ábbas secundus.* In Areà: ب حویزه Moneta *Huweisæ* (Hawisæ).

Partis II. M. deletus aut præcisus. In Areà: *Aly Wely Dei est.*

25.

(Nim Rial, aliis Ábbasy.) Magis adhuc, quam præcedens, ad similitudinem Numorum dictorum Ábbasi I. formatus. In P. I. M. non restant nisi عباس, et لا, ر (residuæ partes τοῦ ولایت et ضر). In Ar. ب حویزه Moneta *Huweisæ*, additâ æræ notâ ۱۰۵۴ 154, in quâ annum 1054. (= 1644.) latere censeo, ita ut hic N. et ipse Ábbasi II. sit.

P. II. Symb. Schi'it. cujus prior pars Marginem, posterior Aream occupat.

26.

(Nim Rial, al. Ȧbbasy.) Proxime præcedenti 25. simillimus, ibidem loci cusus, sed nomine principis minutus. Aeræ notæ ١٠٧١ præ se ferre videntur, in quibus, fieri potest, ut a. 1071. lateat ideoque hic N. hujus Ȧbbasi II. sit.

SEFY II., idem mox SULEIMAN.

27.

Aereus. (Du Ghās دو قاز) P. I. ١٠٨١ فلوس ايروان = *Fülus Irewani.* 1081. (= C. 1670,1.)

P. II. Pavonis figura.

28.

Aer. (Du Ghās.) P. I. ١٠٨٧ فلوس ضرب اردبيل *Fülus*, *moneta Ardebilæ* 1087. (= C. 1676,7.)

P. II. Piscis.

29.

Aer. (Du Ghās.) P. I. ١٠٨٨ فلوس ضرب شماخى *Fülus*, *moneta* Schamachiæ 1088. (= C. 1677.)

P. II. Sol radians.

30.

(Du Rial.) N. majoris moduli, ansulà instructus.

P. I. بهر تحصيل رضاى مقتداى انس وجان
سكه بر زر زد سليمان اخر زمان

Ad conciliandam sibi summi hominum geniorumque antistitis gratiam

Hunc Numum cudit Suleiman posterioris temporis (i. e. Muhammede Proph. posterior, non ille, qui ante eum extitit, propheta).

Inf. loco: *Moneta Issahani*, supra زر autem ١٠٩٣ (inversâ ٩) 1093. (= C. 1682.)

P. II. Symb. Schiit. M. nomina XII Imamorum.

31.

(Rial) P. I. ١٠٩٥ سلیمان بنده شاه ولایت ضرب اصفهان Suleiman, *servus regis Welijatûs* divini. *Moneta* Isfahani. 1095. (= C. 1684.)

P. II. ut N. 30.

32.

(Rial) Majoris moduli, duabus ansulis duplicibus in ipsâ mediâ P. I. instructus. Prorsus Numo 30. congruit, excepto anno, qui hîc est ١٠٩٦ 1096. (= C. 1685.)

33.

Aer. (Du Ghâs.) P. I. ١٠٩٦ فلوس ضرب کاشان *Fülus, moneta Kaschani*. 1096.

P. II. Figura Pavonis.

34.

Aer. (Du Ghâs.) P. I. *Fülus, moneta Schamachiæ* eod. anno.

P. II. Leo gradiens, pone quem medium ramus arboris protensus.

35.

(Rub' Rial.) P. I. *Suleiman, servus regis Welijatûs* divini. *Moneta Reschtæ* 1098. (= C. 1686,7.)

P. II. Symb. Schi'it.

36.

Aer. (Du Ghâs.) P. I. *Fülus, moneta Kaschani* 1098. Cernitur præterea ٢ 2 vel ٢٠ 20 supra ب posita, quæ posterior nota si recte habet, annum 20. suscepti a Schaho imperii indicare videtur.

P. II. Pavo inter duos flores medius.

37.

Aer. (Du Ghās.) oblongus. P. I. *Fülus*, *moneta Iſſahani* a. 1098.

P. II. Leo, pone cujus dorsum sol ad dimidium orsus.

38.

(Tschehar Rial.) N. maximi moduli. A. I. *Suleiman*, *servus regis Welijatûs* divini. *Moneta Iſſahani* 1099. (= C. 1687,8.)

M. سکهٔ مهر علی را تا زدم بر نقد جان
کشت از فضل خدا محکوم فرمایم جهان

Typum (mei) *in Alyum amoris quam diu cudam in animi monetâ*, *Mundus*, *gratiâ Dei*, *imperio meo subjectus erit.*

P. II. in A. Symb. Schiit. in M. nomina XII Imamorum continet.

39.

(Rial.) P. I. *Suleiman*, *servus* &c. *Mon. Tiflisi* 109 . .

Huic P. novus typus parvus a Societate Indiæ Or. Batavâ impressus sistit litteras V. O. C. C.

P. II. Symb. Sch. Marg. præcis.

40.

(Rial.) *Sul. s. reg. Wel. Moneta* نخجوان *Nachdschuwani* 1100. (= C. 1688,9.)

P. II. ut N. 38.

41.

Aur. (Eschrefy, pendsch Tumany.) Ejusdem plane moduli iisdemque titulis atque N. 38., præterquam quod anno 1101. (= C. 1689,90.) cusus est.

42.

(Nim Rial.) In P. I. et N. 40. paria sunt omnia, excepto anno, qui hic 1101.

P. II. præter Symb. Sehiit. nihil continuisse videtur.

43.

(Sih fad Dinary s. Rub Rial.) Iisdem titulis atque proxime antecedens instructus, sed cusus *Teflisi* ۱۱۰۳ (1103 = 1691,2).

44.

(Sih fad Dinary.) Congruit Numo 43. et modulo et titulorum ratione, nisi quod *Irewani* 1104. (= C. 1692,3.) procusus est. Huic autem, ut proxime sequenti, nomina XII Imamor. certo non fuere addita.

45.

(Sih fad Dinary.) Plane cum N. 44. congruens, excepto loco: est enim in گنجه *Gentsche* cusus.

46.

Aer. (Ghās.) In utrâque P. figura bestiolæ informis et incognitæ, fortasse gliris, supra quam intra circulum illam ambientem annus 1104. notatus cernitur. In M. vestigia inscriptionis pleraque evanida.

47.

(Sih fad Dinary.) Iisdem titulis atque N. 45. instructus, sed in *Rescht* cusus, et incerto anno. Hujus sola cifra ۲ superest.

48.

(Nim Rial.) N. ad similitudinem N. 3. Ȧbbasi I. et N. 26. Ȧbbasi II. formatus. P. I. in M. بنده شاه ولایت سلیمان ضرب *Suleiman*, *servus regis Welijatûs* divini. *Mon-*, in Ar. ب حویزه *-eta Huweisæ.* Epigraphen ex pluribus ex., in quibus quidem omnibus *Suleiman* satis distincte cernitur, composui. Est exemplum, in quo τῷ ب superscriptum ٨٥ 85, ita ut N. procul dubio ad a. 1085. (= C. 1674,5.) referendus sit.

P. II. in M. *Non est d. n. Deus. Muh. ap. Dei*, in Ar. *Ȧly Wely D. est.*

49.

(Nim Rial.) Tres Numi Huweisani de genere proxime præcedentis, quorum unus annum ١٨٢ (puto pro ١٠٨٢ esse), duo reliqui autem a. ١٠٨٩ præ se ferunt. At nomen Suleimani periit.

HUSEIN.

50.

(Rial.) P. I. زد زتوفیق حق بچهره زر
سکه سلطان حسین دین پرور
ضرب گنجه ١١٠٥

Secundante Deo in numi facie cudit
Typum Sultanus Husein fidei protector.
Moneta Gentschæ 1105. (= C. 1694.)

P. II. in A. Symb. Schiit., in M. XII Imamor. nomina.

51.

Aer. (Kās.) In utrâque P. Mustelæ, ut videtur, figura, supra quam 1106. (= C. 1694,5).

52.

(Rial.) P. I. & II. iidem tituli, atque in N. 50. ante laudato, si a loco annoque recesseris, quorum ille quidem *Schamachi* est, hujus autem non restat nisi nota ۹ (f. 1106).

53.

(Rial.) In hoc etiam omnia paria sunt et Numo 50. ante laudato, nisi quod in *Schamachi* a. 1107. (= Ch. 1695,6.) cusus est.

54.

(Rial.) Huic quoque par titulorum ratio est cum N. 50. locum si excipias et annum. Cusus enim est in *Tebris* 1107.

55.

(Rial.) Et ipse iisdem titulis gaudens, cusus in *Irewan* 1107.

56.

Aer. (Du Ghâs.) P. I. *Fülus, moneta Ardebilæ* 1107.
P. II. Pavo.

57.

(Rial.) P. I. Quæ hic prima offertur epigraphe, nec in hoc N. nec in similibus aliorum annorum et urbium (v. NN. 58. 59. 60. 62. 63. 64. 66. 68. 69. 70.) integra est. Omnibus inter se comparatis, hanc inde sententiam expedire mihi videor aptissimam:

کشت صاحب سکه زتوفیق رب الشرقین
در جهان کلب امیر المومنین سلطان

Secundante utriusque Orientis Domino pecuniæ signandæ jus adeptus est
In mundo canis Emiri Fidelium (Ålyi f. Abi-Talib), *Sultanus Husein.*

Not. In NN. 73. 75. 78. 81. 85. loco در جهان est درگاه, ut sensus sit: *canis liminis Emiri Fidelium.*

In inf. hac P. I. *Moneta Tebrisi* 1107.

P. II. Symb. Sch. In M. nomina XII Imamorum.

58.

(Rial.) Iisdem titulis, atque N. 57. eodemque anno, sed cusus in *Teflis.*

59.

(Rial.) Iisdem titulis et eâdem in urbe cusus, atque N. 57. sed a. 1108. (= C. 1696.7.)

60.

(Rial.) Ansulâ æneâ auctus. Iisdem titulis, atque N. 57. Annus est 1108., sed nomen loci præcisum.

61.

Aer. (Du Ghãs). *Fülus, moneta Gentschæ* : : 08.

P. II. Leo, pone quem medium Arbor erigitur.

62.

(Rial.) Iisdem titulis, atque N. 57. sed a. 1109. (= Ch. 1697,8.) Nomen loci intercidit.

63.

(Sih fad Dinary.) Et ipse iisdem titulis, atque N. 57. Annus est 1109. Nomen loci intercidit.

64.

(Nim Rial.) Huic etiam eadem titulorum ratio atque N. 57., sed locus نخجوان *Nachdschuwan* est. Anni nota deleta.

65.

Aer. (Du Ghās.) *Fülus*, *moneta Schamachiæ* 1110. (= Ch. 1698,9.)

P. II. Pavo inter flores stans.

66.

(Rial.) Prorsus congruit cum N. 57. antea descripto, nisi quod cusus est *Gentschæ* 1111. (Ch. 1699 vel 1700.)

67.

Aer. (Du Ghās.) P. I. *Fülus*, *moneta Tiflisi* 1112. (= Ch. 1700,1.)

P. II. Vastæ belluæ, fortasse bubali, figura.

68.

(Rial.) Prorsus congruit cum N. 57., si ab anno locoque discesseris. Cusus enim est in *Issahan* 1113. (= Ch. 1701,2.)

69.

(Rial.) Et ipse iisdem titulis instructus ac N. 57., nisi quod cusus est a. 1114. (= Ch. 1702,3.) Loci nomen deletum.

70.

(Sih fad Dinary.) Hic etiam iidem tituli atque in N. 57., quorum tamen non nisi particulam aliquam cepit numuli modulus. Annus est 1114, nomen loci periit.

71.

Aer. (Du Ghãs.) vehementer attritus. P. I. *Fülus*, *moneta Ardebilæ*. Aeræ nota ad sinistram sic collocata ☰ 7

P. II. Lepus.

72.

Aer. (Du Ghãs.) P. I. *Fülus*, *moneta Iſſahani* 1115. (= Ch. 1703,4.)

P. II. Leo, pone cujus dorsum Sol ad dimidium ortus.

73.

(Sih ſad Dinary.) Similis Numo 57. supra descripto, in eo tamen diversus, quod درگاه loco τϰ دربان habet. Cusus est a. 1116. (= C. 1704,5.) Loci nomen non cepit numuli modulus.

74.

Aer. (Du Ghãs.) P. I. *Fülus*, *moneta Gentschæ* 1116.

P. II. Capricornus inter flores.

75.

(Rial.) Titulis iisdem ac N. 73. Sed cusus est 1117. (= Ch. 1705,6.) Loci nomen intercidit.

76.

Aer. (Du Ghãs.) P. I. *Fülus*, *moneta Irewani* 1117.

P. II. Gallus.

77.

Aer. (Du Ghās.) P. I. *Fülus*, *moneta Schamachiæ* 1117.

P. II. Leo, pone cujus dorsum Sol ad dimidium ortus.

78.

(Rial.) Iisdem titulis ac N. 73. sed cusus 1118. (= Ch. 1706,7.) Nom. lo. deletum.

79.

Aer. (Du Ghās.) P. I. *Fülus*, *moneta Ardebilæ* 1118.

P. II. In medio circulo punctis radiisque ornato nescio quid fuit; detritum enim est.

80.

Aer. (Du Ghās.) *Fülus*, *moneta* : : : 1118. Nomen loci intercidit.

P. II. Facies obversa (Solis?)

81.

(Sih ſad Dinary.) Congruens Numo 73., sed cus. 1119. (= Ch. 1707,8.) Nomen loci præcisum est.

82.

Aer. (Bisty.) P. I. *Fülus*, *moneta* Iſ*fah*ani 1119.

P. II. Leo, pone cujus dorsum Sol ad dimidium ortus.

83.

Aer. (Du Ghās.) P. I. *Fülus, moneta Schamachiae* 1120. (= Ch. 1708,9.)

P. II. Equus, superne arboris ramo dependente.

84.

Aer. (Du Ghās.) P. I. *Fülus moneta Irewani* 1120.

P. II. Leo, pone cujus dorsum Sol ad dimidium ortus.

85.

(Nim Rial.) Iisdem titulis ac N. 73. insignis. Cusus esse videtur *Tiflisi*. Annum gerit 1121. (= Ch. 1709,10.)

86.

Aer. (Du Ghās.) P. I. *Fülus moneta* = = = 1121. Nomen lo. deletum.

P. II. Leo, pone cujus dorsum medium Arbor erigitur.

87.

(Sih fad Dinary.) P. I. ۱۱۲۲ (sic) بنده شاه ولايت حسين ضرب صفهان *Husein servus regis Welijatûs* divini. *Moneta Iſfahani* 1122. (= Ch. 1710.)

P. II. *Åly Wely* (vicarius s. procurator) *Dei est*. M. *Non est deus nisi* &c.

88.

Aer. (Du Ghās.) P. I. *Fülus, moneta Irewani* 1122.

P. II. Piscis.

89.

(Rial.) P. I. *Husein servus* &c. ut in N. 87. *Moneta Irewani* 1123. (= Ch. 1711.)

P. II. Symb. Sch. M. XII Im.

90.

(Sih fad Dinary.) P. I. *Husein servus* &c. *Moneta Issahani* 1123.

P. II. Symb. Schiit.

91.

Aer. (Du Ghãs.) P. I. *Fül. mon. Gentschæ* 1123.

P. II. Leo, pone quem medium Arbor expanditur.

92.

(Rial.) Oblongus. P. I. *Husein servus* &c. *Moneta Tebrisi* 1124. = Ch. 1712.)

P. II. Symb. Schiiticum.

93.

Aer. (Du Ghãs.) *Fül. mon. Tiflisi* 1124.

P. II. Draco passis alis.

94.

(Rial.) Oblongus. P. I. *Husein servus* &c. *Mon. Irewani* 1125. = Ch. 1713.) Præterea τῷ ب imposita cernitur nota ↼, quæ quid sibi velit, dicere non habeo. Numquid mensem indicat?

P. II. Symb. Sch.

95.

Aer. (Bisty.) P. I. *Fül. mon. Tebrisi* 1125.

P. II. Leo, cujus dorso Sol dimidius imminet.

96.

Aer. tenuior, (Du Ghās.) ibid. eodemq. a. cusus, eâdem etiam figurâ insignis.

97.

Aureus. (Eschrefy, pendsch hesary.) P. I. *Husein servus* &c. *Mon. Issahani* 1125? (an 1129?)

P. II. Symb. Schi'it.

98.

(Rial.) Oblongus. P. I. *Husein servus* &c. *Mon. Tebrisi* 1126. (= Ch. 1714.)

P. II. Symb. Sch.

99.

(Rial.) Oblongus. P. I. *Husein servus* &c. *Mon. Irewani* 1126. Præterea τῷ ب imposita nota ۲

P. II. Symb. Sch.

100.

(Rial.) Oblongus. P. I. *Husein*, *servus* &c. *Moneta Irewani* 1127. (= Ch. 1715.)

P. II. Symb. Sch.

101.

(Nim Rial.) Oblongus. P. I. *Husein, servus* &c. *Moneta Issahani* 1127.
P. II. Symb. Sch.

102.

(Rial.) Oblong. P. I. *Husein, servus* &c. *Mon. Tebrisi* 1127.
P. II. Symb. Sch.

103.

(Rial.) Oblong. P. I. *Husein, servus* &c. *Mon. Tiflisi* 1127.
P. II. Symb. Schiit.

104.

Aer. (Bisty.) P. I. *Fül. mon. Ardebilæ* 1127.
P. II. Pavo.

105.

Aer. (Du Ghãs.) P. I. *Fül. mon. Irewani* 1127.
P. II. Simia.

106.

Aureus. (Eschrefy, pendsch hesary.) P. I. *Husein, servus regis Welijatûs* divini. *Moneta Issahani* 1128. (= Ch. 1716.)
P. II. Symb. Schiit.

107.

(Rial.) Oblongus. P. I. *Husein*, *servus* &c. *Moneta Irewani* 1128.

P. II. Symb. Schiit.

108.

(Rial.) Oblong. P. I. *Husein*, *servus* &c. *Moneta Tebrisi* 1128.

P. II. Symb. Sch.

109.

(Rial.) Oblong. P. I. *Husein*, *servus* &c. *Moneta Tiflisi* 1128.

M. السلطان بن السلطان :::::: سلطانته vid. hanc epigraphen integriorem in N. proxime sequente.

P. II. Symb. Sch. M. Nomina XII Imamorum.

110.

Aureus. (Pendsch hesary, Eschrefy.) *Husein servus* &c. *Moneta Iffahani* 1129. (= Ch. 1716,7.)

M. السلطان بن السلطان والخاقان بن الخاقان خلد الله ملكه وسلطانته *Sultanus Sultano et Chakanus Chakano prognatus*, *cujus regnum & sultanatum Deus perennare jubeat.*

P. II. Symb. Sch. M. Nomina XII Imamor.

111.

(Rial.) P. I. *Husein*, *servus* &c. *Moneta Iffahani* 1129.

P. II. Symb. Sch.

112.

(Sih fad Dinary.) P. I. ut in N. 111.

In M. est inscriptio: *Sultanus* &c. (v. N. 110.) sed perquam præcisa.

P. II. Symb. Sch. M. XII Imami.

113.

(Rial.) Oblong. P. I. *Husein, servus* &c. *Moneta Tebrisi* 1129.

M. *Sultanus filius Sultani* &c. (v. N. 110.)

P. II. Symb. Sch. M. XII Imami.

114.

(Rial.) Oblong. Prorsus congruit N. modo landato 113. nisi quod *Tiflisi* cusus est.

115.

(Nim Riàl.) Oblong. Et ipse cum N. 113. totâ inscriptionum ratione congruens, sed cus. in *Irewan*.

?116.

Aer. (Du Ghãs.) P. I. Duo Pisciculi. Ad M. فلوس || ضرب || معرس (??) || سنة ١١٢٠

P. II. Navis cum velis passis.

117.

(Rial.) P. I. *Husein servus regis Welijatûs* divini. *Moneta Iffahani* 1130. (= Ch. 1717,8.)

P. II. Symb. Schiiticum.

Not. Quum qui uno fere agmine sequuntur Numi insigniti numeris 118 — 124 et 126 — 135. eodem cum hoc N. 117. titulos communes habeant, nos jam ad singulos eorum non notabimus nisi locum annumque, quo inter se differunt, et si qui nominibus XII. Imamorum aucti.

118.

(Rial.) Cus. *Irewani* supra dicto anno.

119.

(Rial.) Cus. *Tebrisi* eod. a. 1130. Moneo, supra litteram ب infra quam notatio anni ۱۱۳۰ posita est, cerni notam ٦ seu 6.

120.

(Nim Rial.) Cus. ibid. et eod. anno. Hic quoque nota ٦ eo, quo ante dixi, loco deprehenditur.

121.

(Rial.) Cus. *Tiflisi* eod. anno. Hic nota ٥ seu 5 loco supra dicto comparet.

122.

(Rial.) Cus. in قزوين *Kaswin* eod. anno.

123.

(Rial.) Cus. in كاشان *Kaschan* eod. anno.

124.

(Rial.) Cus. in نخجوان *Nachdschuwan* eod. anno.

125.

Aer. (Du Ghās.) P. I. *Fülus*, *moneta Irewani* eod. anno. P. II. Solis facies radians.

126.

(Rial.) Cus. in *Irewan* 1131. (= Ch. 1718,9.)

127.

(Rial.) Cus. in *Iſſahan* eod. anno.

128.

(Rial.) Cus. ibid. eodemq. anno, sed in P. II. M. nominib. XII Imamor. auctus.

129.

(Nim Rial.) Cus. *Tebrisi* anno eod.

130.

(Rial.) Cus. *Tiflisi* anno eod.

131.

(Sih ſad Dinary.) Cus. ib. eodemq. anno.

132.

(Rial.) Cus. in رشت *Rescht* eod. anno. In P. II. M. XII Imami.

133.

(Rial.) Cus. in *Kaswin* eod. anno. In M. P. II. XII Imami.

134.

(Nim Rial.) Cus. in *Nachdschuwan* eod. anno.

135.

(Sih fad Dinary.) Cus. ibid. eod. anno.

136.

(Nim Rial.) P. I. valde attrita: حسین کلب استان علی ضرب مشهد ۱۱۳۱ *Husein*, *canis liminis* (s. sepulchri) *Ályi* (sc. Rifzæ). *Moneta Meschhedi* 1131.

P. II. Symb. Sch.

137.

Aer. (Du Ghãs.) P. I. *Fülus*, *moneta Tiflisi* 1131.

P. II. Pavo.

138.

(Sih fad Dinary.) P. I. *Husein servus regis Welijatûs* divini. *Moneta Irewani* 1132. (= C. 1719,20.)

P. II. Symb. Sch.

139.

Aer. (Du Ghãs.) P. I. *Fülus*, *moneta Irewani* = = 32.

P. II. *Elephas*, cujus super dorsum ramus arboris.

140.

(Rial.) P. I. *Husein*, *servus* &c. *Moneta Tebrisi* 1132.

P. II. Symb. Schiit.

141.

(Rial.) P. I. *Husein, servus* &c. *Moneta Reschtæ* e o d. a.
P. II. Symb. Sch. M. XII Imami.

142.

(Rial.) Omnia in hoc paria sunt et Numo proxime præcedente, si a loco monetæ discesseris, qui est *Kaswin*.

143.

Aer. (Du Ghās.) P. I. *Fülus*, *moneta Gentschæ* 1132.
P. II. Equus, cujus super dorsum ramus arboris protenditur.

144.

Aer. min. (Ghās.) Ceterum proxime præcedenti prorsus congruens.

145.

(Rial.) P. I. *Husein*, *servus* &c. *Moneta Iffahani* 1133. (= Ch. 1720,1.)
P. II. Symb. Sch. M. XII Imami.

146.

(Rial.) Oblong. P. I. *Husein*, *servus* &c. *Moneta Irewani* 1133.
P. II. Symb. Sch.

147.

Aer. (Du Ghās.) P. I. *Fülus*, *moneta Irewani* 1133.

P. II. Dromedarius.

Additum est hujus, ut videtur, Numi exemplum minus integrum et paullo diversum.

148.

(Nim Rial.) *Husein*, *servus* &c. *Moneta Tebrisi* 1133? (an vero 1131?)

P. II. Symb. Sch.

149.

Aer. (Du Ghās.) Oblongus. P. I. *Fülus*, *moneta Tebrisi* 1133.

P. II. Bos, cui campanula a collo dependere videtur.

150.

(Rial.) P. I. *Husein*, *servus* &c. *Moneta Reschtæ* 1133.

P. II. Symb. Sch. M. XII Imami.

151.

(Rial.) Congruens cum N. 150. sed cus. *Tebrisi* 1134. (= Ch. 1721,2.)

152.

(Nim Rial.) Iisdem titulis atque N. 151.

153.

(Abbasy.) Et ipse eadem inscripta gerit ac N. 151.

154.

Aer. (Du Ghās.) Oblong. P. I. *Fülus*, *moneta Tebrisi* **1134.**
P. II. Bos, cui campanula a collo pendere videtur.

155.

Aureus (Pendsch Hesary). P. I. *Husein*, *servus* &c. *Moneta Issahani* 1134.
P. II. Symb. Schiit. M. Nomina XII Imam.

156.

(Rial.) Iisdem titulis atque N. 155. insignitus.

157.

(Rial.) Et ipse iisdem titulis atque N. 155. ornatus, sed cusus *Tebrisi* 1135. (= Ch. 1722.)

158.

(Rial.) P. I. *Husein*, *servus* &c. *Moneta Issahani* ١١٣د (sic videtur cifra unit. habere) 1135.
P. II. Symb. Sch.

159.

Aureus crassus minimi moduli (Pendsch Hesary). P. I. *Husein servus* &c. *Mon. Issahani.* Anni nota intercidit.
P. II. Symb. Sch.

160.

(Nim Rial.) Parvus crassus. P. I. *Husein*, *servus* &c. Et loci et anni notatio periit.
P. II. Symb. Sch.

161.

Aer. (Bisty.) P. I. *Fülus*, *moneta* Iffa*hani* 1135. (= Ch. 1722,3.)

P. II. Leo. Supra quem quod fuit, evanidum evasit.

Hic quidem Numus Huseini an Mahmudis Awghani sit, dubium est.

ESCHREF, Awghanus.

162.

(Rial.) P. I. زد بر جلاله
دست
بود تعبير سكه
كناه داد
اشرف شاه
١١٤١

quae hunc in modum disponenda et interpretanda:

دست زد بر جلاله اشرف شاه
بود تعبير سكه داد كناه

Regiâ majestate potitus est Eschref Schah;
Et significatio typi facta est: expiatio peccatorum. (S.)
1141.

P. II. جلوس ميمنت مانوس ١١٣٧ در دار السلطنه اصفهان *Auspicatissimum imperii initium* 1137. (= Ch. 1726.) (fuit), *in sede Sultanatûs Iffahan.*

TÄHMASP II., Sefida.

Hujus Numis aureis quidem et argenteis singulis atque omnibus, qui in hoc Museo servantur, una eademque titulorum ratio communis est.

In P. I., بکیتی سکه زد صاحبقرانی
از توفیق حق طهماسب ثانی

Pro orbe terrarum monetam cudit Sahib-kiranicam (s. augustam) *Secundante Deo Tähmasp secundus.*

In P. autem II. Symb. Schi'it., additis in M. XII Imamorum nominibus. Nos itaque ad singulos non annotabimus, nisi locum annumque.

163.

(Tschehar Rial.) Maximi moduli, cus. *Tebrisi* 1135. (= Ch. 1722,3.)

164.

(Rial.) Cus. ibid. eod. anno.

165.

(Abbasy.) Cus. ibid. eod. anno.

166.

(Rial.) Cus. in *Rescht* eod. anno.

167.

(Rial.) Cus. in *Kaswin* eod. anno.

168.

(Rial.) Cus. in *Nachdschuwan* eod. anno.

169.

Aer. (Du Ghãs.) P. I. *Fülus*, *moneta Irewani* = 136. (= Ch. 1723,4.)

P. II. Leo, sub quo Canis aureus (Schakal), ut videtur, reflexo capite.

170.

Aureus. (Pendsch Hesary.) Cus. *Tebrisi* 1136.

171.

Aureus minor. (Pendsch Hesary?) Cus. ibid. eod. anno.

172.

(Rial.) Cus. ibid. eod. anno.

173.

Aer. (Du Ghãs.) *Fülus*, *moneta Tebrisi* 1136.

P. II. Leo, pone cujus dorsum Sol ad dimidium ortus.

174.

Aer. (Ghãs.) P. I. ut N. 173. sed æræ notatione non integrâ = = ۳۹

P. II. Pavo.

175.

(Nim Rial.) Cus. *Tebrisi* 1137. (= Ch. 1724,5.)

176.

Aer. (Ghãs.) P. I. *Fülus, moneta Tebrisi* 1137.
P. II. Pavo.

177.

Aer. (Ghãs.) P. I. *Fül. mon. Tebrisi* 1138. (= Ch. 1725,6.)
P. II. Pavo.

178.

Aer. (Bisty.) P. I. *Fül. mon.* مازندران *Masenderani* (i. e. Balfurusch, ubi officina monetaria provinciæ Masenderan). 1138.

P. II. Leo, cujus super dorso Sol ad dimidium ortus radiat.

179.

Aer. (Bisty.) Iisdem et titulo et figurâ atque N. 178. ornatus, sed cus. 1139. (= Ch. 1726,7.)

180.

Aer. (Bisty.) Et ipse Numo 178. simillimus, sed ancipite anno 113—

181.

Aureus. (Pendsch Hesary.) Cus. in مشهد مقدس *Meschhed Mukaddes* (s. *Martyreo sancto* scil. Åly-Rifzæ, i. e. in urbe Tus) 1139. cifrâ denariâ minus distinctâ.

182.

Aureus. (Pendsch Hesary.) Cus. in استراباد *Asterabad* 1141. cifra denariâ minus distinctâ. (= Ch. 1728,9.)

183.

(Rial.) Cus. in *Issfahan* 1142. (= Ch. 1729,30.)

184.

(Rial.) Cus. in *Tebris* 114 = (1143?)

185.

(Du Schahy Nim.) Numulus, cujus et loci et anni notatio intercidit.

ÂBBAS III.

186.

(Rial.) P. I. سکه بر زر زد بتوفیق الهی در جهان
ظل حق عباس ... ثالث ... صاحبقران

Typum in monetâ per orbem terrarum (quæ valeat) *cudit*, *secundante Deo*,

Umbra Dei, *Âbbas tertius*, *alter Sahib-kiran* (s. alter Timur).
Loci annique notatio intercidit.

P. II. Symb. Sch. M. XII Imami.

NADIR, Efscharius.

187.

Aureus. (Eschrefy, Pendschah Schahy.) P. I. cum hac inscriptione, sed non integrâ:

سکه بر زر کرد نام سلطنت را در جهان
نادر ایران زمین وخسرو گیتی ستان

Typus auro (impressus) *per orbem terrarum concelebravit nomen imperii* (hoc):
Nadir (s. heros incomparabilis) *regni Iranici et Chosroës* (s. rex magnus) *devictor mundi.*

P. II. بتاریخ الخیر فیما وقع *Annus* (scil. initi imperii i. e. a. 1148. designatur valore numerario litterarum Arab. huj. sententiae): *Optimum est, quod contigit.* Hæc artificiose disposita. Infra autem legitur a. quo Numus cusus est ۱۱۴۹ 1149. (= Ch. 1736,7.)

188.

(Nim Rial.) P. I. Eadem epigraphe atque in N. 187. modo laudato. Infra est *Moneta Meschhedi.*

P. II. ۱۱۵۰ تاریخ جلوس میمنت مانوس الخیر فیما وقع *Aera auspicatissime initi imperii* (scil. notatio anni 1148. continetur hoc chronogrammate): *el-chair fima waka* s. *Optimum est, quod contigit.* (Cusus est) 1150.

189.

(Nim Rial.) P. I. السلطان نادر *Sultanus Nadir.*

P. II. ۱۱۵۰ خلد الله ملکه ضرب تفلیس *cujus regnum Deus perpetuet. Moneta Teflisi* 1150. (= Ch. 1737,8.)

Hæc eadem titulorum ratio quum, si ab urbibus annisque discesseris, proxime etiam sequentibus Numis 190—196. communis sit, urbem annumque ad horum singulos annotare sufficiet.

190.

(Nim Rial.) Cus. *Meschhedi* 1151. (= Ch. 1738,9.)

191.

(Nim R.) Cus. *Iffahani* 1151.

192.

(Nim R.) Cus. *Schirasi* .. 51.

193.

(Nim R.) Cus. *Teflisi* 1151.

194.

(Nim R.) Cus. *Tebrisi* 1151.

195.

(Nim R.) Cus. ibid. 1152. (= Ch. 1739,40.)

196.

(Nim R.) Cus. *Teflisi* 1152.

197.

(Rial.) P. I. هست سلطان بر سلاطين جهان
شاه شاهان نادر صاحبقران

Est Sultanus inter Sultanos mundi
Schah Schahorum Nadir Sahib-kiran (s. felici sidere natus).

P. II. ضرب دار السلطنة تبريز ١١٥٣ *Moneta Tebrisi, sedis Sultanatûs*, 1153. (= Ch. 1740,1.)

198.

(Rial.) Iisdem titulis ibidemque loci cusus, sed a. 1155. (= Ch. 1742,3.)

199.

(R.) P. I. ut N. 197. ante laudati.

P. II. ١١٥٩ ضرب دار السلطنة اصفهان *Moneta Iſſahani*, *sedis Sultanatûs*. 1156. (= Ch. 1743,4.)

200.

(R.) P. I. ut N. 197.

P. II. *Moneta Tebrisi*, *sedis Sultanatûs*, 1158. (= Ch. 1745.)

201.

(R.) P. ut N. 197.

P. II. ضرب مشهد مقدس *Moneta Meschhedi sancti.* Aera non est addita; fieri potest, ut in P. I. fuerit. — Huic autem P. II. a recentiori typo impressa est nota جاو Numquid hæc profecta a Batavis Javæ insulæ dominis?

202.

(Sih fad Dinary.) Notabilis ab ærâ. P. I. السلطان || نادر *Sultanus Nadir.*

P. II. ضرب گنجه ٢
١١٧ *Moneta Gentschæ* 1172. (= Ch. 1758,9.)

203.

(Nim Rial.) Notab. Simillimus Numo 202. modo laudato, sed a. ٣
١١٧ 1173. (= Ch. 1759,60.)

SCHAH-ROCH, Efschario-Sefides.

204.

(Du Rial.) P. I. السلطا ح ضرب سيا i. e. السلطان شاهرخ *Sultanus Schah-Roch,*

P. II. خلد الله ملكه ضرب مشهد مقدس *cujus regnum Deus perpetuet! Moneta Meschhedi sancti.* Anni nota periisse videtur.

IBRAHIM, Efscharius.

205.

(Rial.) P. I. سكه صاحبقراني زد بتوفيق اله
همچو خورشيد جهان افروز ابراهيم شاه
Monetam Sahib-kiranicam (s. augustam) *cudit secundante Deo*
Ad instar solis mundum illustrantis Ibrahim Schah.

P. II. ضرب دار السلطنه تبريز ۱۱۶۱ *Moneta Tebrisi, sedis Sultanatûs,* 1161. (= Ch. 1748.)

Asad Chan, Awghanus.

206.

(Rial.) P. I. تا زر وسیم در جهان باشد
سکه صاحب الزمان باشد

Quamdiu aurum et argentum in mundo erunt,
Tamdiu moneta Domini temporis (Mehdyi, Imami XII.) *durabit.*

P. II. ۱۱۶۸ ضرب دار السلطنه تبریز *Moneta Tebrisi, sedis Sultanatûs*, 1168. (= Ch. 1754,5.)

207.

(Nim Rial.) P. I. تا که ازاد در جهان باشد
سکهء صاحب الزمان باشد
ضرب تبریز ۶۹ ==

Donec Asad in mundo erit,
Moneta Domini temporis erit
Moneta Tebrisi == 69. (1169 = Ch. 1755,6.)

P. II. Symb. Sunnit.

KERIM, Sendides.

208.

(Schahy.) P. I. یا صاحب الزمان *O Domine temporis!* Infra ۳۳ cernuntur, quæ quid sibi velint, nescio.

P. II. *Moneta Schamachiæ* 1181. (= Ch. 1767,8.)

209.

(Abbasy.) Alteri exemplo duæ ansulæ æn. commissæ sunt. P. I.

شد افتاب وماه زر وسیم در جهان
از سکه امام بحق صاحب الزمان

Soli et lunæ simili evasit aurum argentumque in mundo'
Per typum Imami veri, Domini temporis.

P. II. *Moneta Gentschæ* 1183. (= Ch. 1769,70.) Supra in Areolà: یا کریم *ja Kerim* (*o benigne* Deus!)

210.

(Schahy.) P. I. *O Domine temporis!*

P. II. *Moneta Schamachiæ* 1184. (= Ch. 1770,1.)

211.

(Schahy.) Iisdem titulis ac N. 210. sed anni 1185. (= Ch. 1771,2). Adest in P. II. nota ٩

212.

(Abbasy.) Duabus ansulis æn. instructus. P. I. habet eandem atque N. 209. epigraphen.

P. II. ١١٨٥ ضرب تبریز دار السلطنة. *Moneta Tebrisi, sedis Sultanatûs*, 1185. Supra in Areolà: *o Benigne* (ja Kerim)!

213.

(Schahy.) *O Domine temporis!*

P. II. *Moneta Schamachiæ* 1186. (= Ch. 1772,3.)

214.

(Àbbasy) P. I. *Soli & lunæ simile evasit* &c. Redi ad N. 209. P. II. *Moneta Gentschæ* 1187. (= Ch. 1773,4.) Supra in Areolâ: *o Benigne* (ja Kerim)!

215.

(Schahy.) Congruit Numo 213. excepto anno, qui 1187. est.

216.

(Schahy.) Et ipse Numo 213. simillimus, at a. 1188. (= Ch. 1774,5.)

217.

(Schahy.) Et ipse Numo 213. simillimus, nisi quod hic a. 1189. (= Ch. 1775,6.) est, et in P. I. inf. habet ٣٣

218.

(Àbbasy.) P. I. *Soli & lunæ simile* &c. Redi ad N. 209.

P. II. *O Benigne! Moneta Gentschæ* 1189.

219.

(Àbbasy.) P. I. *Soli & lunæ* &c.

P. II. *Moneta Schamachiæ*, 1189 (an [illegible]) supra: *O Benigne!*

220.

(Àbbasy.) P. I. *O Domine temporis!*

P. II. *O Benigne! Moneta Gentschæ* 1190. (= Ch. 1176,7.) A recentiori manu impressus est typus parvus sistens اج (l. رايج *probus* Numus; de quo redi ad N. 11. p. 463.)

221.

(Schahy.) P. I. ut N. 220.

P. II. *Mon. Schamachiæ* 1190(?).

222.

(Schahy.) Proxime præcedenti simillimus, at anni 1191. (= Ch. 1777,8.)

223.

(Ṡad dinar.) P. I. *Soli & lunæ* &c. v. N. 209.

P. II. *O Benigne! Moneta Irewani* 1192. (= Ch. 1778.)

? Ṡadik Chan, Sendides.

224.

(Rial.) P. I. شد افتاب وماه زر وسیم در جهان
از سکه امام بحق صاحب الزمان

Soli & lunæ simile evasit aurum argentumque in mundo
Per typum Imami veri, Domini temporis.

P. II. ١١٩٤ ضرب دار العلم شیراز *Moneta Schirasæ, sedis doctrinæ* (theologiæ), 1194. (= Ch. 1780.) Supra in Areolâ: *O Benigne!*

Fortasse ejusdem Ṡadik etiam est

225.

(Ṡad dinar.) P. I. یا صاحب الزمان *O Domine temporis!*

P. II. *Moneta Schamachiæ* 1195. (= Ch. 1781.)

Hos autem, qui jam subsequuntur, Numos cujus maxime nomini inscribam, non satis novi.

226.

(Abbasy.) P. I. *Soli & lunæ* &c. Vid. N. 209.

P. II. ١١٩٩ ضرب خوی *Moneta Choiæ* 1199? (= Ch. 1784,5?) Supra in Areolà: *O Benigne!*

227.

(Schahy.) *O Domine temporis!*

P. II. *Moneta Schamachiæ* 1204. (= Ch. 1789,90.)

228.

A e r. (Nim Schahy.) Groschus Russicus (Грошъ) Catherinæ II. recusus. P. I., in quâ d. Georgii equo vecti et hastâ draconem subjectum perfodientis supersunt vestigia, legitur: ضرب گنجه *Moneta Gentschæ* 1210. (1795,6.)

P. II., in quâ litterarum *E J* II implexarum et æræ 17.. vestigia restant, S o l i s radiantis imago est.

229.

(Rial.) P. I. یا علی ولی الله *O Aly Wely Dei!*

P. II. *Moneta Gentschæ* 1211. (= Ch. 1796,7.) Supra in Areolà: یا محمد *O Muhammed!* Haud dubie ab Agha Muhammed Chano cusus hic N. est.

230.

A e r. (Bisty.) Oblongus. P. I. *Fülus?, moneta Gentschæ* 1212. (= Ch. 1797,8.)

P. II. A c i n a c e s cuspide bifidâ.

231.

(Schahy.) P. I. *O Domine temporis!*

P. II. *Mon. Schamachiæ* 1215. (= Ch. 1800,1.)

232.

Aer. (Bisty.) Oblongus, simillimus proxime præcedenti, sed cus. a. 1216. (= Ch. 1801,2.)

FETH ÁLY, Katscharides

233.

باكو *Baku* s. باكويه *Bakuje*

a. inc. sub Chano Dschelaïride, p. 185.
a. 79·? sub Tuktamysch Chano, p. 338.

پتن *Pattan* (Seringapatam)

a. 1201 = 1786,7 p. 457.
a. 1204 = 1789,90 p. eâd.

پتنه *Patna*

a. 1023 = 1614 p. 448.

بخارا *Bochara*

(sin. *Pou-hoa* p. 423.)

Nonnunquam cum præmisso مدينة (p. 7**. 15***.) vel بلدة (p. 146. 439. 595.) vel cum epith. البلدة الفاخرة (p. 423.) vel بلدة فاخرة (p. 436. 439.) vel شريف (p. 443. 444.)

a. 143 = 760,1 p. 21.
a. 148 = 765,6 p. 24.
a. 151 = 768 p. 26.
a. 160 = 776,7 p. 33.
a. 173 = 789,90 p. 13*.
a. 185 = 801 p. 25*.
a. 190 = 805,6 p. 33*.
a. 194 = 809,10 p. 5**.
a. 195 = 810 p. 7**.
a. 209 = 824,5 p. 15***.
a. 211 = 826,7 p. 16***.
a. 253 = 867 p. 16***.
a. 302 = 914,5 p. 72.
a. 303 = 915,6 p. 74.
a. 304 = 916,7 p. 76.
a. 305 = 917,8 p. 77.
a. 306 = 918,9 p. 79.
a. 307,9? = 919 &c. p. 566.
a. 308 = 920,1 p. 82.
a. 315 = 927,8 p. 87.
a. 316 = 928,9 p. 87.
a. 322 = 934 p. 89.
a. 327 = 938,9 p. 90.
a. 333 = 944,5 p. 91. 571.
a. 334 = 945,6 p. 92.
a. 336 = 947,8 p. 92. 93. 572.
a. 337 = 948,9 p. 94.
a. 338 = 949,50 p. 95.
a. 339 = 950,1 p. 96.
a. 340 = 951,2 p. 573.
a. 341 = 952,3 p. 574.
a. 345 = 956,7 p. 98. 576.
a. 346 = 957,8 p. 576.

بدخشان *Bedachschan*

بردعة *Berda'a* v. *Arran.*

برهانبور *Burhampur*

البصرة *Basra*

a. 146 = Ch. 763,4 p. 23.
a. 147 = 764,5 p. 23.
a. 160 = 776,7 p. 32.
a. 161 = 777,8 p. 33.
a. 162 = 778,9 p. 559.
a. 168 = 784,5 p. 6*.
a. 181 = 797,8 p. 559.
a. 182 = 798,9 p. 22*.
a. 244 = 858,9 p. 16**.
a. 314 = 926,7 p. 21**.
a. 325 = 936,7 p. 23**.
a. 700 = 1300,1 p. 638.

بعلبك *Ba'albek*

p. 26**.

بغداد *Baghdad*

(v. et *Medinet-es-salam*)

a. 700 = 1300,1 p. 638.
a. 704 = 1304,5 p. 640.
a. 733(5) = 1332,3 p. 643.
a. 762 = 1360,1 p. 647.
v. et p. 552.

بلخ *Balch*

haud raro ei præmittitur مدينة

a. 182 = 798 p. 560.
a. 185 = 801 p. 26*.
a. 186 = 802 p. 28*.
a. 187 = 803 p. 29*.
a. 188 = 804 p. 31*.
a. 189 = 804,5 p. 31*.
a. 190 = 806 p. 33*.
a. 194 = 809,10 p. 5**.
a. 291 = 903,4 p. 46. 54.
a. 292 = 904,5 p. 48.
a. 293 = 905,6 p. 49. 50.
a. 294 = 906,7 p. 52.
a. 296 = 908,9 p. 58.
a. 297 = 909,10 p. 59.
a. 299 = 911,2 p. 61. 62.
a. 300 = 912,3 p. 64. 65.
a. 302 = 914,5 p. 71.
a. 303 = 915,6 p. 74.
a. 308? = 920,1 p. 82.
a. 309(7?) = 921,2 p. 83.
a. 324 = 935,6 p. 569.
a. 344 = 955,6 p. 575.
a. 352 = 963 p. 578.
a. 358(1?) = 969 p. 109.
a. 368 = 978,9 p. 112. 113.
vid. et p. 117.

بلد

vid. قريم in fin.

بلغار *Bulghar, Bolghar*

script. etiam بوالغار (p. 188. 190. 391. 387. 402) et بولغار (p. 190. 389. 390. 392), atque auct. nonnunquam epitheto المحروسة (p. 209. 210. 214. 216). De script. بلمار adi p. 214. 377. 380.

a. inc. sub en-Nafir Chal. 'Abbasid. p. 188.
a. inc. sub Möngkä et Batu, p. 190.
a. inc. sub Arrigh-Buga, p. 191.
a. 673 = 1274,5 p. 192.
a. 678 m. I. = 1279 p. 194.
a. 678 = 1279,80 p. 193.
a. 682 = 1283 p. 196.
a. 692 (3?) = 1293 p. 200.
a. 721? = 1321 p. 209.
a. 723 = 1323 p. 210.
a. 728 = 1327,8 p. 213.
a. 731 = 1330,1 p. 214.
a. 732 = 1331,2 p. 214.
a. 733 = 1332,3 p. 216.
a. 734 = 1333,4 p. 217.
a. 804? = 1401,2 p. 362.
a. 805 = 1402,3 p. 363.
a. 806 = 1403,4 p. 363.
a. 807 = 1404,5 p. 364.
a. 809 = 1406,7 p. 365.
a. 812? = 1409,10 p. 368.
a. 815 (810?) = 1412,3 p. 369.
(بلغار الجديد *Bulgharia Nova*(?) v. p. 370. 375.)
a. 813 = 1410,1 p. 374.
a. 818 = 1415,6 p. 373.
a. inc. sub Dschelal-ed-din Chano, p. 376.
—— sub Kibak-Chano, p. 377.
—— sub Tschegreh Chano, p. 379.
—— sub Derwisch Chano, p. 382. 383.
—— sub Kadir-birdi Ch. p. 385.
—— sub Mu'hammed Chan p. 389—392.
—— v. et p. 400. 401. 402. 411.

سورت *Surat*

سيراف *Siraf*

سيواس *Siwas*

ش

شابران *Schaberan*

الشاش *Schasch* (Taschkend)

p. 435 شاش

شاه جهان اباد *Schah - dschihan - abad*

(*Dehli* q. v.)

شاهرخية *Schahrochia*

شماخی *Schamachi*

غ

غرناطة *Gharnata* (Granada)

ف

فارس *Fars* (i. e. *Schiras*, q. vide)

فاس *Fes*

c. præm. حضرة p. 670.

فرغانة *Ferghana* (v. et *Andudschan*)

فره *Ferah*

فريم *Firim*

فسا *Fesa*

القاهرة *Kahira* (Cairo) (v. et *Mifr*)

قرشي *Karschi*

قريم *Krim* (i. e. *Sulghat*)

scribitur etiam قرم (p. 333 all.) et augetur art. القريم (p. 413), nec non epith. محروسة (p. 357). Et بلدة vel بلد ei præmittitur (p. 326. 333 – 4. 361.)

Krim videtur et in بلد p. 345 & 358 ἐλλείπειν.

القريم الجديد *Krim el-dschedid* s. *novum*

قزوين *Kaswin*

c. tit. دار السلطنة p. 503?

III. INDEX VOCUM ET SENTENTIARUM ORIENTALIUM.

ا

ب

د

IV. INDEX MISCELLUS RERUM NOTABILIUM.

A

F

G

H

I

L

M

عبد له (pro عبد الله) p. 283. 286.
V. et Copula و male omissa, sub art. Numeralia.

b) menda ab sculptoris oscitantiâ an festinatione, vel ab angustiâ spatii profecta:

اسعيل pro سهل 81.
المرضى pro المهدى ? 11*.
الامير 28*. السلطان 304.
سمه pro سنة 243.
تبفلس pro تفليس 635.
العادال pro العادل 261.
العادان — „ 230.
لعادل — „ 235. 243. 635.
العال — „ 355.
لعال — „ 237.
العاد — „ 305. 308.
العد — „ (aut العدل) 123. 589.
سمعيل pro اسمعيل 59.
صفهان pro اصفهان 476.
عزه pro اعزه 87.
لعظم pro المعظم 152.
للك pro الملك 653.
لجديد pro الجديد 366.
وردو pro اوردو 287. 290. (coll. 291.) 292. et al.
وله pro واله 603.
لله pro الله 5. 44. 94. 424.
اله — „ 194. 297. 398.
رسولله pro رسول الله 349.
المستكفى لله pro بالله - 93.
القادر الله pro بالله - 127.
جلالدين pro جلال الدين 306. 351.
عبد الملك pro عبد الملك 8**.
الملكة pro الملكة 294.

مكه pro ملكه p. 360. 375. 378. 379. 382. (cf. et 365.).
ملا — „ 428.
ك — „ 362. 363.
هزا pro هزه 652.
بخار pro بخارا 123. 120. 571. 593.
قرارسلان pro قرا ارسلان 163.
الدلة pro الدولة 46.
المحرسة pro المحروسة 209.
المحرو — „ 210.
بسابور pro بنيسابور 50. 565.
انذربة pro انذرابة 49.
مافرقين pro ميافارقين 627.
المنصو pro المنصور 118. 119.
هذ pro هذا 91. 100. 105. 106. 149. 178. 585. 593. 595.
المقدر pro المقتدر 57. 61.
افرقية pro افريقية 3*.
السلطا pro السلطان 238.
الفلسه pro الفلس ببخارا سنة 103.
الذ pro الذين 112.
العظم 635. &
عظم 385. pro الاعظم
اومنين pro المومنين 154.
المومنو — „ 98.
المنون — „ 102.
المو — „ 26*. 91.
خل pro خلد 283.
محد pro محمد 283.
سه pro سنة 52. 56.
بلشاش pro بالشاش 42.
بالشادر — „ 22.

*) Hæc tria postremo loco posita e Korano deprompta esse etsi putem, tamen certo non dixerim.

NUMI MOHAMMEDANI.

FASCICULUS I.

CONTINENS NUMOS MAMLUKORUM DYNASTIAE, ADDITIS NOTABILIORIBUS DYNASTIARUM: MOAVIDARUM, CHARIZMSCHACHORUM, MERVANIDARUM, ORTOKIDARUM, KARA-KOJUNLU, SELDSCHUKIDARUM, ATABEKORUM, FATIMIDARUM, AIYUBIDARUM, HULAGIDARUM ET REGUM SICILIAE.

COLLEGIT DESCRIPSIT ET TABULIS ILLUSTRAVIT

IGNATIUS PIETRASZEWSKI,

INTERPRETIS MUNERE AD LEGATIONEM RUSSICAM CONSTANTINOPOLI PERFUNCTUS.

العلم لا يعطيك بعضه حتّى تعطيه كلّك

از واصف ٣۴

Nisi toto pectore studiis incumbes, ne partem quidem fructûs laboris tui referes.

Vassaf. pag. 34.

ACCEDUNT XV TABULAE.

BEROLINI.

APUD ALEXANDRUM DUNCKER.

1843.

VIRO ILLUSTRISSIMO ET EXCELLENTISSIMO

PRINCIPI BASILIO VICTORI KOTSCHUBEY,

AUGUSTISSIMO IMPERATORI OMNIUM RUSSORUM A CUBICULO, EQUITI PLURIUM ORDINUM,
FAUTORI LARGITIOSISSIMO,

DEBITA CUM PIETATE ET OBSERVANTIA LIBELLUM HUNC SACRUM ESSE
VOLUIT,

AUCTOR OFFICIOSISSIMUS.

PROOEMIUM.

Quum linguas orientales discendi studio ductus ante hos decem annos Constantinopolim venissem, mirifica numorum colligendorum facilitas vel maxime me ad numismaticam quoque rem colendam impulit. Sed quamvis ad consilium illud capiendum cupiditas mihi mea ipsiusque rei utilitas satis fuissent, tamen in hoc studiorum genere nihil sane profecissem, nisi notissima illa Illustrissimi **Frähnii** recensio, quam ut maxime necessariam mecum portabam, ineundam viam monstrasset. Nam in illis regionibus literarum adminicula omnino desiderantur, quod eorum, qui per Orientem iter fecerint, neminem puto latere.

Praeter Frähnii librum utilissimum prosperâ fortunâ mihi evenit, ut gratiam **Ismayli Beyi**, ad Aulam Vindobonensem quondam Legati, senis tunc annis defessi, mihi conciliarem, ejusque consilio et auctoritate, quum in aliis rebus, tum potissimum in colligendis antiquis Arabum numis uterer; quo in opere ab eo primum confirmatus tenax propositi evasi. Neque silentio praetereundum puto, me isto pacto hominem facillimum nactum esse, cujus humanitatem et pro homine Turco sapientiam saepe miratus sum. Praeter talem adjutorem, et ipsam Constantinopolim in numis coacervandis permulta mihi commoda praestare posse cognovi. Etenim si tibi non parcis, et ejusmodi fructum ex vitae consuetudinibus hujus populi capere scis: etiam nunc in bazaris urbis, in chanis (tabernis), sarraforumque casis (mensis publicis) numismata magni momenti et ponderis acquirere potes, dummodo attente

animadvertas, ne in errorem inductus, adulteratas tibi monetas compares. Itaque per trium annorum spatium, complurium hominum benevolentia et ope, circiter mille numorum in hac urbe coëgi, additis, quos a Pharmacopola Petros, homine Armenio, notissimo illo quondam antiquitatum mercatore, coëmi.

Prosperrimum sane hoc rei paulo ante a me alienissimae initium inclinavit plane animum ad persequenda incepta, quae deinde paucorum annorum per Orientem cursibus multum adjuta sunt. Legationis enim Russicae assecla in varias Osmanici Imperii provincias missus sum, ubi novo semper successu non modo dynastiarum, quae mihi jam erant, monetas ex urbe depromptas supplevi, sed etiam novarum, sicut: Osmanidarum Rumeliae, Fatimidarum Alexandriae, Seldschukidarum Iconii, dynastiarum numos comparavi. Jaffae, ubi per biennium Consulis munere fungebar, a misero Fellah (agricola) magnus mihi monetarum numerus, quae ruinis Ascalonis obrutae erant, argenti tantum pretio oblatus est. De qua emptione mihi admodum gratulatus sum, quippe quae non sine magno periculo ac labore perfici potuerit; omnem enim hujusce generis thesaurum Ibrahimus Pascha confiscandum jusserat. Itaque noctu et agricolam et ruinas visitans illum acquisivi thesaurum, quo monetarum ad Mamlukorum dynastiam pertinentium plenam fere collectionem contineri, pro certo habueram.

Quae cum ita sint, ii permulti, qui omnibus his in rebus operam mihi navaverunt, benevole accipiant, grato me animo ipsorum mentionem nunc fecisse. Praeterea Smyrnae me maximis sibi beneficiis devinxerunt doctissimi: Ivanov et Garriri, quorum alter Imperii Russici, alter Italus privatorum muneribus in Oriente fungebatur, uterque Graecis et Romanis antiquitatibus deditissimus. Francogallici quoque Consules, sit venia verbo, duo fratres, Guys, alter Salonicae, alter Halebi, et Tecco, Legationis Sardiniensis Interpres, et multi alii, qui tunc in Oriente versabantur, per aliquot annorum spatium persaepe adjuvarunt me, sibique gratissimum reddiderunt. Ante omnia vero gratias mihi agendas sentio Illustrissimo Domino Bute-

niev, a Consiliis intimis Augustissimi Imperatoris Omnium Russorum, Legato apud Portam Sublimem, qui favore suo nos amplexus non solum in difficili hoc negotio retinuit, sed etiam ad majora continuo quaerenda cohortatus est.

Haec ego in Oriente. Postquam autem quatuor fere millibus monetarum dives, Petropolim redux factus sum, collectionem meam accurate disponere suscepi. Cujus quidem integrae pleniorem descriptionem nondum praestare possum, quippe quum numi non omnes jam in ordinem redacti, plerique etiam pro negotiis meis rubigine adhuc adoperti sint. Ut tamen numismaticae antiquae amatoribus significarem, quem ex meo labore fructum capturi sint, enumerandos saltem numos meos putavi. Quodsi cui in hac mea opera nihil boni praeter causam inesse videbitur, det quaeso veniam ei, cujus non erat nunc nisi talia proferre. In hunc ego finem per octo annorum spatium, quemadmodum formica poetae, trahebam quodcunque potui, atque addebam acervo, quem tanto superato labore sic adamavi, ut fere possim Horatii exclamare verbis:

. . mihi plaudo
Ipse domi, simulac numos contemplor in arca.

Sed haec hactenus. Nunc ad opus redeo. Quum inter multarum dynastiarum numos, e quibus collectio mea constat, hucusque Moavidarum monetis ordinandis plurimam operam tribui, earum nunc descriptionem incipio, omissis Sassanidis, Ispehbedis, Mazanderanis et Turani principibus.

1. Ordinem ducunt numi quum Imperatorum charactere, tum arabicis tantum literis impressi, in quibus nomen Chaled legi. Quod putavi nomen esse notissimi illius Chaled, cujus auspiciis regnante Chalifa Omar Syria in Arabum ditionem redacta est. Rem quidem inter viros doctos nondum omnis dubitationis expertem profero; cave tamen, meram conjecturam dicas. Eum enim pleno Syriam imperio tenuisse, ex multis collegi. His adjunxi monetas Chalifarum: Abdul-

meliki, Validi, Solimani, Omari, Jezidi, Haschemi, Validi secundi, Jezidi secundi, Ibrahimi, quae usque ad annum centesimum trigesimum secundum Hedschrae pertinent. Omnes hae monetae sunt numero centum nonaginta sex, quarum tres aureae, sex argenteae, centum octoginta septem aereae.

2. Ex Abbassidarum dynastia sunt mihi monetae Chalifarum: Abdallah, Mansur, Mehdy, Hadi, Harun, Amin, Ma'mun, Motassem, Vassik, Mutevekkil, Mostain, Mu'tess, Mu'tamed, Mu'ted, Muktedir, Razi billah, Mottafy; numero centum quinquaginta una, quarum triginta quinque aureae, sexaginta quinque argenteae.

3. Moavidarum in Hispania: Abderrahmani tantum et Mohammedi.

4. Tahiridarum: Tahiri secundi et Mohammedi.

5. Idrissidarum: aliquot numi auctoris dynastiae.

6. Samanidarum: Ismayli (filii Ahmed), Abun-nasr Ahmedi, Nasr secundi, Nuh primi, Abdulmelik, Mansur primi, Nuh secundi.

7. Chanorum Turkistani, aliquot numi.

8. Fatimidarum monetae aureae sunt numero undeviginti, praeter argenteas, plumbeas, aereas et vitreas.

9. Diarbekri dynastiae Ortokidarum: Timurtasch, Nedschmeddin, Kotbeddin, Juluk Arslan, Nasireddin Ortok Arslan, Kara Arslan. Quarum numerus est quadraginta novem.

10. Ortokidarum dynastiae in Kayfa regnantis: Fachreddin, Nureddin, Kotbeddin, Saleh.

11. Atabekorum dynastiae in Arbel, et

12. Atabekorum in Haleb regnantium completam habeo monetarum collectionem.

13. Atabekorum autem in Mossul regnantium sunt mihi monetae Sultanorum: Seyfeddin Gazy, Izzeddin Mass'ud, Nureddin Arslan Schah, Izzeddin Mass'ud secundi, Nasireddin Mahmud, Bedreddin Lulu, aliorumque, quos nondum in lucem protraxi.

14. Atabekorum regnantium in Dschesireh ben Omar monetae Sultanorum: Muyzzeddin Mahmud et Melik Mass'ud.
15. Atabekorum in Sendschar, solummodo Sultani Kotbeddin Mahmud.
16. Aiyubidarum dynastiae in Aegypto atque in Syria regnantium: Selaheddin, Emadeddin Osman, Nasireddin Mahmud, Seyfeddin Abubekr, Melik el-Kamil, Melik el-Adyl, Saleh Nedschmeddin.
17. Aiyubidarum Halebi collectio plena.
18. Aiyubidarum Damasci: Melik el-Adyl, Seyfeddin Abubekr, Melik en-Naser Selaheddin David, Melik es-Saleh Emadeddin Ismayl primum et iterum regnantis.
19. Dynastiae regnantium in Hamah Sultani: Nasireddin Abumealy Mohammed.
20. Aiyubidarum in Khelath collectio plena.
21. Aiyubidarum in Miafarekin collectio item plena numorum, qui nunc quidem numero centum viginti octo sunt, in quibus triginta octo aurei optime conservati.
22. Seldschukidarum monetas in Asia minori regnantium pleno haustu, ut ita dicam, in ipsis regni eorum finibus, quos ex consulto percurrebam, coëgi, praeterque numos dynastiae auctoris prorsus omnium ejus successorum monetas inveni.
23. Numi Almoravidarum.
24. Muvehydarum.
25. Alidarum.
26. Ilchanorum.
27. Samarkandii Emirorum et
28. Karakojunlu dynastiae, plurimis aureis numis insignes.
29. Charizmschachorum.
30. Mervanidarum.

Haec ego de dynastias, quae Abbassidarum Chalifarum tempore ortae

sunt; sequitur nunc, ut, quae exstinctis Bagdadi Chalifis successerint, enumerentur.

31. Hulagidarum dynastiam duobus tantum, Kondschajtu et Bajdu Chanis, exceptis, completam habeo.

32. Dynastia Dschudschidarum usque ad Toktamysch ducta. Hujus nonnulla mihi sunt monetarum centena, quae etiamsi nondum satis emendatae sint, nomina tamen multa historicis adhuc ignota indicant. Harum quatuor argenteas nonnisi lineamentorum habita ratione huic dynastiae adnumeravi; sunt enim lectu difficillimae. Etiam doctissimus Frähnius eas a me sibi monstratas re non dijudicata mihi reddidit.

Sequuntur dynastiae:

33. Sefidarum.

34. Chanorum Krimi.

35. Baberidarum.

36. Regum Armeniae.

37. Sinarum et Japoniae.

38. Afscharidarum.

39. Zendydarum.

40. Kadscharum nunc regnantium.

41. Osmanidarum, quorum plena mihi est collectio

42. Regum Siciliae, scilicet Normannorum.

43. Monetae Indiae orientalis.

Quarum ad numerum si addantur, quae a me definiri sive squalore purgari nondum potuerunt, summa collectionis numerum tribus millibus quingentis majorem comprehendet, inter quas aureae centum septuaginta una, argenteae vero mille octoginta novem.

44. Quae ex collectione Böhli nota est aurea illa Alfons ben Sandsche, quamque describit doctissimus ille libri de medii aevi re nu-

mismatica auctor, haec apud me quoque invenitur moneta, sed alio anno notata.

45. Praeter enumeratam monetarum collectionem est mihi etiam Kuficarum antiquitatum non modica collectio, sigillis in lapide exaratis, metallis et conchis mystico charactere impressis, poculis aliisque contans. Quam ut colligerem, a viro doctissimo libri in hoc studiorum genere eruditissimi auctore*), inprimis commotus et mira ejus facilitate, cui nec verbosiores meae de hac re literae molestae erant, sustentatus sum.

Caeterum omnem hanc enumerationem nonnisi ad verum prope accedere praemonendum puto; re enim attente denuo recognita spero fore, ut numerus multo major evadat.

En tibi, Lector Benevole, narrationem brevem, quemadmodum casu et fortuitu rei numismaticae incumbere coepi, conatusque meos hucusque, dum ex me tantum pendebant, perduxi: collecti scilicet numi, emendati atque pro virili parte ordinati sunt. Sed ut Te quoque laboris mei conscium, fructusque ejus participem haberem, primum vix cogitare audebam; hoc enim non mei ipsius erat negotium. Quocunque tamen modo potui, antiquitatum orientalium amatoribus vel haec exhibenda curavi, quae ad Mamlukorum dynastiam pertinentia in collectione mea inveniuntur.

In medio jam opere accidit, ut Excellentissimus atque omnium semper laudibus dignissimus Vir, Princeps Kotschubey, Russici Imperii praestantissimum lumen, cujus dubito utrum humanitatem an scientiam doctrinamque magis admirer, impensas typographiae obtulerit, meumque primum satis restrictum consilium amplificaverit. Namque tabulas lithographicas, quae dicuntur, aliasque etiam dynastias Mamlukis adjungendas esse persuasum mihi

*) *Monumens Arabes, Persans et Turcs, du cabinet de M. le Duc de Blacas, et d'autres cabinets. Paris an 1828. par Monsieur de Reinaud.*

erat: sicut Moavidarum, Charizmschachorum, Mervanidarum, Ortokidarum, Karakojunlu, Seldschukidarum, Atabekorum, Fatimidarum, Aiyubidarum, Hulagidarum et Regum Siciliae. In quibus eligendis hanc secutus sum rationem, ut numi tantum, qui in notissimis opusculis, Frähnii, Castiglionii et Mainonii non occurrunt, a me in lucem ederentur. At ne hoc quidem tam stricte observatum est; saepe enim accuratiorem nonnullorum descriptionem praebere, alios in tabula exaratos imprimere, in universum autem collectionem amatoribus notam facere volui.

Ubicunque igitur discrimen aliquod inter meam aliorumque descriptionem exsistere cognitum habui, descripto numo paginam operis auctorisque nomen addidi.

Jam de ratione, quam in conficiendo libello sum secutus, dicendum, ne forte orthographia nominum Arabicorum, aliisque a me inductis nimis offendaris. Haec igitur teneto.

Arabica nomina propria scripsi servata linguae peculiari orthographia, neque haec declinavi more multorum.

Bis cusos appellavi numos, quos duplicem inscriptionem portare conspexi, alteram scilicet prius, alteram posterius regnantis.

Inscriptionem numi passim pleniorem posui, quam quae in ipso invenitur, aut conjectura ductus, aut ex aliis exemplaribus ejusdem numi, si ad manus erant, supplens*) Quod ut conspicuum esset, conjecturas itali-

*) Adnotare hic liceat, auctorem hujus libri doctissimum in epistola seriori tempore scripta, quum operis impressio jam paene absoluta esset, ad vitrum pag. 99. No. 353. descriptum haec animadvertisse: „*Par une erreur du copiste le manuscrit portait* وحده, *au lieu de* عهده *que je devais et voulais écrire. — Malgré que la leçon sur la monnoie soit bien difficile à déchiffrer, cependant on rencontre toujours quelques traces de ces mots:* على ولى عهده, *c'est à dire:* Aly, designatus ejus in Chalifatum successor; *et si je supprime le mot* على, *dont la lettre* ع *n'est pas entièrement exprimée, le sens resterait toujours le même.*“ — Equidem, qui antea huic lectioni favi, nunc suadente Ill. Fleischer, quem hac de re consului, legere malim: وعلى عضده i. e. „et Aly brachium sive socius, adjutor ejus,“ quae lectio, licet alibi non reperiatur, inscriptioni tamen hujus vitri in Tab. XI. propositae accuratius respondere videatur.

Petermann.

cis, quae vocantur, literis impressas habere volui, exemplariumque numerum, ubicunque aderant, in fine descriptionis uniuscujusque numi adnotavi.

Quem per omnes alicujus dynastiae numos repetitum conspexi versiculum coranicum, hunc ego continuo omisi postremo tantum ejus vocabulo adscripto, additisque latinis vocibus usque ad.

Praeterea multa mihi sunt vitrea, quae alicui fortasse numis adnumeranda videantur; ego vero, quamvis eorum nonnulla sic describendo appellaverim, tamen me ad hoc argumentis satis levibus adductum fuisse ingenue confiteor. Vitreorum enim genus triplex animadverti: primum, quod in una tantum area notam arithmeticam fert; secundum, nomine Regnantis in una et versiculis coranicis in altera area aut in margine areae primae insignitum; tertium denique, quod aut nomen alicujus privatae personae, aut, si vitrum pro tessera frumentaria habes, id quod distribuendum erat, exhibet: hoc enim in dubium vocari potest. Color eorum ex industria mihi videtur varius esse. Sultanorum nomine inscripta numis a me adnumerata sunt; nam et specie sua numis similiora sunt, et pro vulgari pecunia haberi poterant apud populum, qui metallis non abundabat, quod Moavidis et Fatimidis in Aegypto accidisse constat. Propterea etiam colorem vitreorum admetallorum discrimen pretiumque adaptatum fuisse puto. Alia vero a me nonnisi exempli causa de scripta sunt.

Ante omnia vero hoc velim teneas, collegisse me magnum numerum monetarum, quae neque apud Frähnium, neque alibi describuntur, propterea quod vulgo pecuniae valorem eas aliquando habuisse negari solet; profecto enim forma nimis sunt rudes indigestaeque, cum partes quasi ex integris desectae esse videantur. Sed ego, quum aliis de causis, tum inscriptione nonnullarum pleniore reperta, cum quadam certitudine affirmare possum, illas quidem particulas esse integrarum monetarum, veruntamen singulare genus pecuniae olim fuisse, aut penuria, aut simpliciter barbara cudendi ratione

ortum. His igitur numorum truncorum nomen dedi, eosque describendos curavi.

Ceterum praefandi finem facturus, gratias ago quam maximas viro eruditissimo atque illustrissimo *Petermann*, Professori publico universitatis Berolinensis, qui quantam in libello, quod edendum suscepit, curam posuerit, video; quae vero in nota suo nomine adjecit, ea commentationi meae maximo fore ornamento, certum scio.

Petropoli, ipsis Calendis Octobris 1842.

Pietraszewski.

CLASSIS I.

NUMI DYNASTIAE MAMLUKORUM.

MUYZZEDDIN IBEG.

No. 1. (Cl. XVIII. No. 1.)

AR. parvus.

A. I. السلطان Sultanus

المعز . . . . el-Muyzz / . . .

A. II. الا ا *Non est* Deus nisi *Deus; Mohammed*

سول الله Apostolus Dei est.

وحده Unicus.

Monetam hanc, conjecturâ magis quam certis argumentis ductus, in capite posui: adeo enim mutilata est, ut inscriptio vix legi possit.

MANSUR NUREDDIN ALY.

No. 2. (Cl. XVIII. 3. a.)

AR. notabilissimus rarissimusque. Cf. Tab. I.

A. I. in quadrato.

الملك المنصور El-Melik el-Mansur

نور الدين على Nureddin Aly

ابن ايبك filius Ibegi.

Infra: وخمسين? et quinquagesimo?

A: II. الامام Imamus

المستعصم el-Mostassem

بالله ابو احمد Billah Abu Ahmed,

امير المومنين Emirus Fidelium.

In margine: صرب بالقاهره سنة . . . . وستماية. Cusus est in Kahireh anno sexcentesimo — 656? p. Chr. 1258.

MELIK EL-MUZEFFER SEYFEDDIN.

No. 3. (Cl. XVIII. 4.)

AR. pars ejus abrupta.

A. I.	السلطان	Sultanus
	المظفر سيف	el-Muzeffer Seyf . . . .
	الدين	. . . . eddin.
A. II.	. . نصر الا عند	***Non*** victoria nisi subsidio ***Dei*** obtinetur.
	. . . . الا الله	***Non est Deus,*** nisi Deus; ***Mohammed Apostolus Dei est.***

No. 4. (Cl. XVIII. 5.)

AR. consuetae formae.

A. I.	ضرب بالقاهره	Cusus est in Kahireh.
	السلطان الملك	Sultanus el-Melik
	المظفر سيف	el-Muzeffer Seyf . . . . . .
	قطز	Kutuz . . . .
A. II.	. . . له الا الله	***Non*** est ***De***us nisi Deus;
	. . . . رسول الله	***Mohammed*** Apostolus. Dei est,
	ار . . . . . . دى	miss***us, ut directio***nem etc. (Sur. 9,33.)

Margines deleti.

MELIK BIBARS.

No. 5. (Cl. XVIII. 7)

AR. notabilis.

A. I.	السلطان	Sultanus
	. . الظاهر ركن الد	ez-Zaher Roknedd*in*
	بيبرس قسيم	Bibars, intimus amicus
	. . . .	***Emiri Fidelium.***
	. . . .	
A. II.	الامام	Imamus
	المستنصر بالله	el-Mostanser Billah
	احمد	. . . . . . Ahmed
	امـيـر	Emirus
	. . . .	***Fidelium.***

Exemplaria duo.

No. 6. (Cl. XVIII. 8.)

AR. similis praecedenti, sed minoris formae.

A. I. | السلطان الم . . | Sultanus el-Me*lik*
الظاهر ركن الدين | ez-Zaher Rokneddin
بيبرس . . . . . . | Bibars . . . .
. . . . | . . . .

A. II. usque ad: بالهدى

In margine superest: وستماية . . . . . et sexcentesimo.

No. 7. (Cl. XVIII. 12. a.)

AE. parvus, paulum confractus.

A. I. | الظاهر | ez-Zaher
بيبرس قسيم | Bibars kassim.

A. II. usque ad: بالهدى

Supra: ضرب Cusus.

Hic numus argento mihi videtur obductus.

No. 8.

AE. notabilis.

A. I. | . . . سلطان الملك | Sultanus el-Melik
ظاهر . . . . . قسيم . | ez-Zaher ***Bibars*** kassi*m.*

A. II. usque ad: بالهدى

Margines deleti.

No. 9. (Cl. XVIII. 9.)

AR. notabilissimus.

A. I. | . . . سلطان | ***Su***ltanus
الظاهر ركن الدنيا و . . . . | e*z*-Zaher Rokneddunja ve*ddin*
بيبرس قسيم امير المو . . . . | Bibars intimus amicus Emiri Fide*lium.*

Infra: Leo gradiens.

A. II. Inscriptio prorsus deleta.

No. 10. (Cl. XVIII. 16.)

AR. notabilissimus. Cf. Tab. I.

A. I. | السلطان الم . . . | Sultanus el-Mel*ik*
الظاهر . . . . | ez-Zaher ***Rokneddin***
بيبرس قسيم امير . . . . . | Bibars intimus amicus Emiri ***Fidelium.***

Infra: leo gradiens, bene conservatus; supra autem cernitur لا النصر —, et paulo inferius ه —. Reliqua inscriptionis pars deleta sic mihi videtur supplenda: لا النصر الا عند الله Victoria solummodo subsidio Dei obtinetur.

A. II. الامام الحاكم Imamus el-Hakim
بامر الله ابو.... Beemrillah Abu ***Ahmed***
العباس...... el-Abbas ......

In margine: ضرب ...... ستين و ستماية Cusus est in? anno sexcentesimo sexagesimo primo? 661. p. Chr. 1262.

No. 11.

AR. similis praecedenti, sed majoris formae, eo notabilis, quod litterae, quae in Area secunda inveniuntur, satis crassae et cuficis similes sunt.

Exemplaria quatuor variae formae.

No. 12. (Cl. XVIII. 13.)

AR. notabilissimus. Cf. Tab. I.

A. I. السلطان الملك Sultanus el-Melik
الظاهر ركن الدين ez-Zaher Rokneddin
بيبرس قسيم امير..... Bibars intimus amicus Emiri ***Fidelium.***

Supra: ...... لا النصر Non victoria ***nisi subsidio Dei obtinetur.***

A. II. الامام الخاهر Imamus el-Chaher
بامر الله ابو Beemrillah Abu
العباس احمد el-Abbas Ahmed.

In margine: .... ضرب بالقاهره سنة Cusus est in Kahireh anno ....

No. 13. (Cl. XVIII. 14.)

AR. notabilis, formâ minori quam praecedens.

A. I. ....
...... الظاهر ez-Zaher .....
.... بيبرس قسيم Bibars intimus amicus ***Emiri Fidelium.***
....

A. II. الامام الحاكم بامر.... Imamus el-Hakim Beemri***llah***
العباس ا.... el-Abbas ***Ahmed.***
....
....

BEREKE CHAN?

No. 14. (Cl. XVIII. 115.)

AR. notabilis.

A. I.	ضرب بالقا	Cusus est in Ka*hireh.*
	السلطان الملك	Sultanus el-Melik
	. . . ناصرالدنيا و	*es-Sayd* Nasireddunja *veddin*
	. . ين ابو المعا	Abu el-Mea*ly* . .
	. . ح	*Mo*ha*mmed.*

A. II. usque ad: الحق

No. 15.

AR. notabilissimus.

A. I.	السلطان الملك	Sultanus el-Melik
	ناصرالدنيا والدين	. . . . . Nasireddunja veddin
	ابو المعالى	Abu el-Mealy
	. . . .	. . . .

A. II. usque ad. بالهدى

In margine: بعين وستماية . . . . ضرب بالقاهرة Cusus in Kahire anno sexcentesimo septuagesimo octavo? 678. — p. Chr. 1279.

KALAUN.

No. 16. (Cl. XVIII. 20.)

AR. notabilis.

A. I.	السلطان الملك	Sultanus el-Melik
	المنصور سيف الدين	el-Mansur Seyfeddin
	قلاون	Kalaun.

A. II. usque ad: على الدين كله

No. 17. (Cl. XVIII. 21.)

AR. notabilissimus. Cf. Tab. 1.

A. I.	. . . . ابو الم	Abu el-Me*aly*
	السلطان الملك	Sultanus el-Melik
	المنصور سيف الدين	el-Mansur Seyfeddin
	. . قلاون النجمي	Kalaun el-Nedsch*mi.*

A. II. usque ad: بالهدى

In margine: . . . . ضرب بدمشق سنة Cusus est in Dimeschk anno . . .

No. 18. (Cl. XVIII. 25.)

AR. notabilis.

A. I. — . . . . السـ Sul*tanus el-Melik*
المنصور سيف الدين ابو المعـ . . el-Mansur Seyfeddin Abu el-Mea*ly*
قلاون النجـ . الفـ . . Kalaun el-Nedschm*y* Alf*y*.

A. II. usque ad: بالهدى

In margine: ستماية . . . . sexcentesimo.

CHALIL.

No. 19. (Cl. XVIII. 30.)

AR. notabilissimus. Cf. Tab. I.

A. I. السلطان . . . . . Sultanus *el-Melik*
الاشرف صلاح el-Aschraf, Selah
الدين خليل قسيم امير eddin Chalil, intimus amicus Emiri
. . . . ***Fidelium.***

A. II. usque ad: الحق

MOHAMMED, prima vice Sultanus.

No. 20. (Cl. XVIII. 31.)

AR. notabilissimus. Cf. Tab. I.

A I.. السلطان الملك Sultanus el- Melik
. . . . الدنيا و الدين *en-Naser, defensor* mundi Religionisque
محمد بن قلاون قسيم Mohammed filius Kalauni, intimus amicus
امير المومنين Emiri Fidelium.

Supra: و ستماية et sexcentesimo.

A. II. usque ad: الحق

In margine: ضرب بالقاهره سنة اربع وتسعين Cusus in Kahireh anno *sexcentesimo* nonagesimo quarto. 694. — p. Chr. 1294.

KETBOGA.

No. 21. (Cl. XVIII. 32.)

AR. notabilissimus. Cf. Tab. I.

A. I. كتبغا Ketboga
السلطان الملك Sultanus- el-Melik
. . . . لح ناصر المل . *es-Sa*leh, defensor Imp*erii et Religionis?*
. . . .

A. II. usque ad: الحق

Praeter inscriptionem apparent ornamenta quaedam stellarum instar.

LADSCHIN.

No. 22. (Cl. XVIII. 33.)

AR. notabilis. Cf. Tab. I.

A. I.	السلطان	Sultanus *el-Melik*
	المنصور حسام الدنيا والد . . .	el-Mansur Husameddunja ved*din*
	لاجين	Ladschin
	المفتح الملـ	el-Mufettich el-Mill*a*
	الـ	el-Mo*hammedija*.

Supra: بحلب *Cusus* in Haleb.

A. II. usque ad: بالهدى

In explicanda hac inscriptione secutus sum Frähnii lectionem. (cf. Ejus Recensio sub No. 1. a. pag. 629.

No. 23. (Cl. XVIII. 34.)

AR. notabilissimus, crassus, bis cusus. Cf. Tab. I.

A: I.	السلطان الملك	Sultanus el-Melik
	المنصور	el-Mansur . . . .
	. . . . لاجين	. . . . Ladschin?
	. . . .	. . . .

A. II. usque ad: الحق

MOHAMMED, iterum Sultanus.

No. 24. (Cl. XVIII. 36.)

AR. notabilissimus. Cf. Tab. I.

A. I.	قلاون	Kalaun.
	السلطان الملك	Sultanus el-Melik
	الناصر ناصر الدنيا و	en-Naser, defensor mundi et
	الدين محمد بن الملك	religionis, Mohammed filius el-Melik
	المنصور	el-Mansur *Kalauni.*

A. II. usque ad: بالهدى

In margine: سبعماية . . . . هـــرة . . . . *Cusus in Ka*hireh *anno* septingentesimo 700. — p. Chr. 1300.

Exemplaria tria.

No. 25. (Cl. XVIII. 41.)

AR. notabilis, consuetae formae, bis cusus.

A. I. السلطان الملك — Sultanus el-Melik
الناصر ناصر الدنيا و — en-Naser, defensor mundi et
الدين محمد بن الملك — religionis, Mohammed filius el-Melik
المنصور — el-Mansur.

A. II. لا اله الا ا . . . — Non est Deus, nisi Deus,
محمد رسول : . . . — Mohammed Apostolus *Dei est*.

In margine: ضرب بالقا . . . . . . سبع وسبعماية Cusus est in Ka*hireh anno* septingentesimo septimo 707. — p. Chr. 1307.

No. 26. (Cl. XVIII 28. a.)

Aeneus, notabilis, consuetae formae.

A. I. . . . صر ناصر الدنيا و — *en-Na*ser, defensor mundi et
الدين محمد قلاون — religionis, Mohammed filius Kalauni.
ابن

Numus perforatus: utrum igitur ابن an 701 legendum sit, in dubium vocari potest. Adnotandum tamen puto, numerorum notas in hujus dynastiae monetis non occurrere. A. II. usque ad: بالهدى

No. 27. (Cl. XVIII. 53.)

AR. notabilis, parvus.

A. I. . . حمد قلاون — *Mo*hammed *filius* Kalauni
السلطان الملك — Sultanus el-Melik
. . . صر ناصر الدنيا — *en-Na*ser, Nasireddunja . . .
. . . . — . . . .

A. II. ضرب . . . . — Cusus est in?
وسبعماية — et septingentesimo.
لا اله الا الله — Non est Deus, nisi Deus,
محمد رسول الله — Mohammed Apostolus Dei est.

No. 28. (Cl. XVIII. 55.)

AR. paulo majoris formae quam praecedens.

A. I. . . . . — . . . .
السلطان الملك النا . . — Sultanus el-Melik en-Na*ser*,
ناصر الدنيا والدين محمد — defensor mundi religionisque, Mohammed
. . . . . المنصور . . — *filius el-Melik* el-Mansuri.

A. II. usque ad: بالهدى

Supra: وشبعماية et septingentesimo.

No. 29. (Cl. XVIII. 58.)

AR. notabilis. Cf. Tab. I.

A. I.	قلاون	Kalaun.
	السلطان الملك	Sultanus el-Melik
	الناصر ناصر الدنيا والدن	en-Naser, defensor mundi et reli-
	ين محمد بن الملك	gionis, Mohammed filius el-Melik . . . .

A. II. usque ad: بالهدى

Supra: . . . ضرب — a sinistra — سعت scilicet: Cusus est in? anno sc. inter septingentesimum sextum 706. — p. Chr. 1306. et septingentesimum trigesimum sextum 736. — p. Chr. 1335.

No. 30. (Cl. XVIII. 60.)

AR. uotabilis, tenuis, consuetae formae.

A. I.	وسبعماية	et septingentesimo.
	السلطان الملك	Sultanus el-Melik
	الناصر ناصر الدنيا و	en-Naser, defensor mundi et
	. . . . المنصور	*religionis, Mohammed filius el-Melik*
	. . . .	. . . . el-Mansuri.

A. II. usque ad: بالهدى

Supra: ضرب بطرابلس Cusus est in Tarablus, scilicet Tripoli Syriae. Sed dubito, an hunc numum recte hic posuerim.

MOHAMMED, tertio Sultanus.

No. 31. (Cl. XVIII. 19.)

AE. notabilis, consuetae formae.

A. I.	السلطان الملك الناصر . .	Sultanus el-Melik en-Naser,
	ناصر الدنيا والدين محمد	defensor mundi et religionis, Mohammed
	بن الملك المنصور	filius el-Melik el-Mansur
	قلاون	Kalauni.

Supra: ضرب بدمشق سنة خمس وثلثين scilicet: Cusus est in Dimeschk anno septingentesimo trigesimo quinto 735. — p. Chr. 1334.

A. II. usque ad: الحق

Supra: وما النصر الا عند الله Et non victoria nisi subsidio Dei obtinetur.
Exemplaria quinque variae magnitudinis.

No. 32. (Cl. XVIII. 22.)

AE. similis praecedenti, sed minoris formae.

A. I.	ضرب بد . . .	Cusus est in Di*meschk*
	سنة خمس و	anno . . . . . et quinto.
	السلطان الملك الناصر	Sultanus el-Melik en-Naser,
	ناصر الدنيا والدين محمد	defensor mundi religionisque, Mohammed
	. . الملك المنصور	*filius* el-Melik el-Mansur
	قلاون	Kalauni.

Cusus aut 715.? — p. Chr. 1315. aut 725.? — p. Chr. 1324. aut 735.? p. Chr. 1334.

A. II.	وما النصر الا عن . الله	Et non obtinetur victoria nisi subsidio Dei.
	لا اله الا. الله	Non est Deus, nisi Deus,
	محمد رسول الله	Mohammed Apostolus Dei est.

No. 33. (Cl. XVIII. 24.)

AE. notabilis, formâ major praecedente.

A. I. similis praecedenti.

A. II. usque ad: الحق

Sed deest sententia coranica.

No. 34. (Cl. XVIII. 23.)

AE. parvus.

A. I.	بدمشق	In Dimeschk.
	سنة ست	anno sexto.
	السلطان الملك	Sultanus el-Melik
	. نيا والد . .	*Nasiredd*unja vedd*in*..
	. . . .	. . . .

Paene quadratae formae moneta, cusa aut anno 706. — p. Chr. 1306. aut 716. — p. Chr. 1316. aut 726. — p. Chr. 1325. aut 736. — p. Chr. 1335.

A. II. Similis numo sub No. 31. descriptio.

No. 35. (Cl. XVIII. 28.)

AR. notabilissimus, consuetae formae.

A. I. لا النصر الا عند . . . . Victoria solummodo subsidio ***Dei*** obtinetur.
السلطان الملك الناصر Sultanus el-Melik en-Naser,
ناصر الدنيا والدين محمد defensor mundi religionisque, Mohammed
بن الملك المنصور قلا . . filius el-Melik el-Mansur Kala***uni,***
النجـ . . الفى el-Nedsch***my,*** Alfy.

A. II. usque ad: بالهدى

In margine: ضرب بالقا . ره . . . . . . ثلث . . . . سبعماية Cusus in Kahireh anno septingentesimo trigesimo? 730. — p. Chr. 1329.

No. 36. (Cl. XVIII. 56.)

AR. notabilis, consuetae formae.

A. I. السلطان الملك Sultanus el-Melik
الناصر ناصر الدنيا والدين en-Naser, defensor mundi religionisque,
. . . .

Supra: خمس و — infra: سبعماية — scilicet: ***cusus*** aut anno 715. — p. Chr. 1315. aut 725. — p. Chr. 1324. aut 735. p. Chr. 1334.

A. II. usque ad: الحق

Snpra: ضرب بحماه Cusus in Hamah.

Exemplaria duo.

No. 37. (Cl. XVIII. 63.)

AR. notabilissimus, consuetae formae. Cf. Tab. I.

A. I. السلطان الملك Sultanus el-Melik
الناصر ناصر الدنيا والدين en-Naser, defensor mundi religionisque,
محمد بن الملك المنصور Mohammed filius el-Melik el-Mansur
قلاون Kalauni.

A. II. usque ad: الحق

In margine: ضرب بدمشق سنة احد وثلثين وسبعماية Cusus in Dimeschk anno septingentesimo trigesimo primo 731. — p. Chr. 1330.

In Areae I. parte superiori ad dextram invenitur inscriptio lectu difficillima.

N. 38.

AR. notabilis. Cf. Tab. II.

A. I. السلطان الملك Sultanus el-Melik
الناصر ناصر الدنيا و en-Naser, defensor mundi et
الدين محمد بن الملك religionis, Mohammed filius el-Melik
المنصور el-Mansuri.

Supra: . . . . ضرب بد Cusus in Di*meschk.*

A. II. usque ad: بالهدى

In margine: وثلاثين وسبعماية *anno* septingentesimo trigesimo primo? 731. — p. Chr. 1330.

No. 39. (Cl. XVIII. 64.)

AR. notabilis. Cf. Tab. II.

A. I. similis praecedenti.

In superiori parte cernitur: ضرب ووه nomen vero urbis, in qua cusus est, eruere non potui.

A. II. usque ad بالهدى وبين

Infra: سنة سبع وثلاثين . . . . scilicet: *cusus est* anno septingentesimo trigesimo septimo 737. — p. Chr. 1336.

Exemplaria duo.

No. 40. (Cl. XVIII. 67.)

AR. notabilis.

A. I.	قلاون	Kalaun
	السلطان الملك	Sultanus el-Melik
	. . . . . الناصر ناصر	en-Naser, defensor *mundi et*
	. . . . الدين محمد بن	religionis, Mohammed filius *el-Melik*
	. . . . . المنصور	el-Mansur *Kalauni.*

A. II. usque ad: بالهدى

Infra: ضرب . . . . سبع وثلاثين scilicet: *cusus in?* anno septingentesimo trigesimo septimo 737. — p. Chr. 1336.

No. 41. (Cl. XVIII. 74.)

AR. notabilis. Cf. Tab. II.

A. I.	. . . . السـ	Su*ltanus el-Melik en-Na-*
	. . . . ر ناصر الدنيا والد	ser, defens. mundi religionisque, *Mohammed*
	. . . بن الملك المنصور قلا	filius el-Melik el-Mansur Kala*uni.*
	. . ر النجمي ال	el-Nedschmy Al*fy.*

A. II. usque ad: بالهدى?

Supra: ضرب بحماه سنة Cusus in Hamah anno . . .

No. 42. (Cl. XVIII. 62.)

AR. notabilis. Inscriptione similis numo sub No. 40. descripto, sed cusus Halebi.

No. 43.

AR. notabilis, parvus.

A. I.	. : شبعماية .	*et* septingentesimo.
	السلطان الملك	Sultanus el-Melik
	الناصر ناصر الدنيا	en-Naser, defensor mundi *et religio-*
	. . يـن محمد بن ا . .	onis, Mohammed filius *el-Melik.*
A. II.	ضرب بحماه	Cusus in Hamah.
	لا اله الا ا . .	Non est Deus, nisi D*eus,*
	محمد رسول الل .	Mohammed Apostolus De*i* est.

No. 44.

AR. notabilis.

A. I.	. . . .	. . . .
	السلطان الملك	Sultanus el-Melik
	الناصر ناصر الدنيا والد	en-Naser, defensor mundi et religio-
	ين محمد بن الملك	nis, Mohammed filius el-Melik.
	. . . .	. . . .

A. II. usque ad: الحق

Exemplaria quinque variae formae.

No. 45.

AR. similis praecedenti, sed minoris formae, ac vitiatus. In Area secunda haec superne leguntur: . . . . عند النصر الا . . . . *Non* victoria nisi subsidio *Dei* obtinetur.

No. 46.

AR. consuetae formae, crassus.

A. I.	السلطان الملك	Sultanus el-Melik
	الناصر ناصر الدنيا والد	en-Naser, defensor mundi et religio-
	ين محمد بن الملك	nis, Mohammed filius el-Melik
	المنصور	el-Mansuri.

A. II. usque ad. بالهدى

No. 46. a.

AR. A. I. similis praecedenti. Supra: بن محمد filius Mohammedis.

A. II. similis praeced. Supra ضرب بدمشق Cusus in Dimeschk.

No. 47. (Cl. XVIII. 70.)

Inter numos sequentes reperiuntur plures trunci, de quibus vide praefationem.

AR. truncus. Cf. Tab. II.

A. I. سبعماية Septingentesimo.
. . طان الملك ***Sul***tanus el-Melik
ناصر الد . . . Nasireddúnja.
A. II. لا اله الا ا . . . Non est Deus, nisi De***us;***
. . . د رسول ا . . . ***Mohamm***ed Apostolus ***Dei est.***

No. 48.

AR. parvae formae, quia circumcirca abruptus est.

A. I. . . . لطان الملك ***S***ultanus el-Melik
. . صر ناصر الدنيا والد . . ***en-Na***ser, defensor mundi et reli***gionis,***
. . مد بن الملك ***Moha***mmed filius el-Melik.

A. II. usque ad: بالهدى

Supra: بالقاهره ***Cusus*** in Kahireh.

Exemplaria quindecim variae formae, utpote trunci.

No. 49. (Cl. XVIII. 75.)

AR. trunci. Cf. Tab. II.

A. I. المنصور el-Mansur

Infra pars tantum litterarum exstat satis obscura; legendum fortasse: النجمى الفى el-Nedschmy Alfy.

A. II. الله الا الله . . ***Non est*** Deus nisi De***us,***
. . . رسول الله ***Mohammed*** Apostolus Dei est.

No. 50.

AR. trunci.

A. I. السلطان Sultanus
. . . . المنصور سيف ا el-Mansur Seyfe***ddin.***

A. II. usque ad: بالهدى

No. 51.

AE. consuetae formae, notabilissimus.

A. I. محمد Mohammed.

In margine: السلطان الملك الناصر ناصر الدنيا والدين Sultanus el-Melik en-Naser, defensor mundi religionisque.

A. II. usque ad: بالهدى

Supra: ضرب بحلب Cusus in Haleb.

Inscriptio in margine deleta.

No. 52.

AE. notabilis.

A. I. الملك el-Melik
الناصر ضرب en-Naser. Cusus
بدمشق in Dimeschk.

A. II. In ornamento hexagono simili reperitur: محمد Mohammed.

In margine: بعماية . . . . خمس سنة anno septingentesimo trigesimo? quinto. 735. — p. Chr. 1334.

Exemplaria viginti quinque variae formae, partim Halebi, partim Damasci cusa.

No. 53.

AR. notabilissimus, consuetae formae. Cf. Tab. II.

A. I. السلطان الملك Sultanus el- Melik
الناصر ناصر الدنيا و en-Naser, defensor mundi ac
الدين محمد بن الملك ا . . . religionis, Mohammed filius el-Melik . .
. . . . الصالح . . . . *el* . . . es-Saleh . . . .

A. II. usque ad: الحق

Infra: خمس وثلاثين trigesimo quinto; scilicet anno 735. — p. Chr. 1334.

No. 54. (Cl. XVIII. 134.)

AR. parvus, paululum vitiatus.

A. I. . . . . ***Sultanus el-Melik***
. الدنيا . . . ***en-Naser, defensor*** mundi ***ac reli-***
. . . . بن الملك ***gionis, Mohammed*** filius el-Melik
الصالح es-Saleh.

A. II. usque ad: بالهدى

MELIK EL-MANSUR SEYFEDDIN?

No. 55.

AR. consuetae formae, notabilis.

A. I. . . . .
. . . . . السلطان Sultanus ***el-Melik.***
المنصور سيف الدنيا والد . . el-Mansur Seyfeddunja vedd*in*
. . . ر الغا . . . . . ***Abu Beke***r el-Ga***lib?***

A. II. Obscura vestigi notissimae sententiae coranicae.

ISMAYL.

No. 56. (Cl. XVIII. 78.)

AR. Cf. Tab V. A. I. طان الملك . . . Sultanus el-Melik
الصالح عماد الدنيا و es-Saleh, Emadeddunja ved-
الدين اسمعيل ابن الملك din, Ismayl filius el-Melik
الناصر محمد ابن الملك en-Naser Mohammedi, filii el-Melik
. . . . el-Mansuri.

A. II. usque ad: الحق

Supra: . . . . ضرب بد Cusus in Dimeschk.

No. 57. (Cl. XVIII. 79.)

AE. formâ minor praecedente.

A I. الملك الصالح el-Melik es-Saleh
بن محمد. filius Mohammedi.

A. II. ضرب بدمشق Cusus in Dimeschk
فى سنة اربع واربعين anno septingentesimo quadrage-
وسبعماية simo quarto. 744. — p. Chr. 1343.

Vide Illustrissimi Frähnii Recensionem: pag. 174. No. 5.

Exemplaria duo.

No. 58.

AE. parvus. Cf. Tab. V.

A. I. Flosculus.

In margine: طان الملك الصالح عماد الد. . . . Sultanus el-Melik es-Saleh Emaddeddunja.

A. II. Flosculus.

In margine: ع واربعين وسبعماية . . . . . Cusus est anno septingentesimo quadragesimo quarto. 744. — p. Chr. 1343.

Exemplaria sex, cusa Damasci.

No. 59. (Cl. XVIII. 80.)

AR. parvus.

A. I. ضرب بد . . . Cusus in Dimeschk.
السلطان الملك Sultanus el-Melik
الصالح عماد الد . . es-Saleh, Emadeddunja
بن اسمعيل veddin Ismayl.

A. II. usque ad: الحق

No. 60. (Cl. XVIII. 85.)

AR. notabilis. Cf. Tab. II.

A. I.	ضرب	Cusus.
	السلطان الملك	Sultanus el-Melik
	الصالح عماد الدنيا و	es-Saleh Emadeddunja ved-
	. . . .	***din Ismayl.***
A. II.	وسبعماية	et septingentesimo.
	لا اله الا الله	Non est Deus nisi Deus;
	محمد رسول الله	Mohammed Apostolus Dei est;
	ارسله بالهدى ودين الحق	missus cum directione et religione vera.
	سنة اربع واربعين	Anno quadragesimo quarto; scilicet 744. — p. Chr. 1343.

No. 61. (Cl. XVIII. 84.)

AE. A. I.	الملك الصالح	el-Melik es-Saleh
	ضرب بحلب	Cusus in Haleb.
	خمس	Quinto.

A. II. Avis capite reflexo.

In margine extra orbem: عين وسبعماية . . . ***anno*** septingentesimo ***quadragesimo quinto.*** 745. — p. Chr. 1344.

Exemplaria tria.

Itaque dubitatio Frähnii explicata. Cfr. Recension. pag. 630. No. 5, b.

No. 62. (Cl. XVIII. 81.)

AR. notabilis, consuetae formae. Cf. Tab. V.

A. I.	بدمشق	in Dimeschk.
	السلطان الملك	Sultanus el-Melik
	الصالح عماد الدنيا و	es-Saleh Emadeddunja ved-
	الدين بن محمد ضرب	din filius Mohammedi. Cusus
	واربعين ست	***anno*** quadragesimo ***septingentesimo*** sexto; nempe 746. — p. Chr. 1345.

A. II. usque ad: الحق

Supra: وما النصر الا من الله Et non victoria nisi a Deo obtinetur.

No. 63. (Cl. XVIII. 82.)

AR. notabilis, formae consuetâ minoris, crassus. Cf. Tab. II.

A. I.	. . . . طان	*Sul*tanus *el-Melik*
	الصالح عماد الدنيا و	es-Saleh Emadeddunja ved-
	الدين اسماعيل ابن	din Ismayl filius
	محمد الملك	Mohammedi el-Melik . . . .
A. II.	ضرب بحلب	Cusus in Haleb.
	لا اله الا الله	Non est Deus nisi Deus,
	محمد رسول الله	Mohammed Apostolus Dei est.

No. 64. (Cl. XVIII. 83.)

AR. notabilis, magnae formae. Cf. Tab. V.

A. I.	اسمعيل	Ismayl,
	السلطان	Sultanus e*l-Melik*
	الصالح عماد	es-Saleh Emad*eddunja ved-*
	الدين بن محمد	din filius Mohammedi . . . .
	المنصور	el-Mansuri.

Pars sinistra vitiata, dextra sine inscriptione.

A. II.	وما النصر الا من عند الله	Et non obtinetur victoria, nisi a Deo.
	لا إله الا الله	Non est Deus nisi Deus;
	محمد رسول الله	Mohammed Apostolus Dei est.
	. . . .	. . . .
	. . . .	. . . .

Exemplaria duo.

No. 65. (Cl. XVIII. 87.)

AR. notabilis, praecisus, tenuis. Cf. Tab. II.

A. I.	. . . . صر الا . . الله	*Et non victoria* nisi *a* Deo obtinetur.
	السلطان الملك	Sultanus el-Melik
	الصالح صلاح	es-Saleh Selah
	. . . .	. . . .
	. . . .	. . . .
A. II.	ضرب بحلب	Cusus in Haleb.
	. . . له إلا الله	*Non est* Deus nisi Deus,
	رسول الله	*Mohammed* Apostolus Dei est.
	. . . .	. . . .

No. 66. (Cl. XVIII. 88.)

AR. bis cusus, notabilis.

A. I. ضرب بحماه Cusus in Haman.
السلطان الملك Sultanus el-Melik
الصالح عما . . . . و es-Saleh, Ema*deddunja* ved-
. . ين اسماعيل ابن *din* Ismayl, filius
. . . مد الملك *Mohammedi* el-Melik.

A. II. usque ad: بالهدى
Infra: اربعين و et quadragesimo.

No. 67. (Cl. XVIII. 89.)

AR. notabilis. Cf. Tab. V.

A. I: . . . . *Sulta* . .
ن الملك الصالح nus el-Melik es-Saleh
عماد الدين اسمعيل بن Emadeddin Ismayl, filius
الناصر محمد بن en-Naser Mohammedi, filii
الملك . . . . . el-Melik . . . .

A. II. usque ad: الحق
Supra: . . . . وما النصر الا عند Et non victoria nisi subsidio *Dei* obtinetur.

No. 68. (Cl. XVIII. 92.)

AR., consuetae formae, notabilis, tenuis. Cf. Tab. II.

A. I. ضرب بحلب Cusus in Haleb.
السلطان الملك Sultanus el-Melik
الصالح صلا . . . es-Saleh, Sela*heddunja*
. . . . والدين . . . veddin . . . .

A. II. usque ad: بالهدى
Supra: سنة خمس anno quinto
Infra: واربعين وسبعماية septingentesimo quadragesimo. sc. 745. — p. Chr. 1344.

EL-KAMIL.

No. 69. (Cl. XVIII. 97.)

AR. notabilis, consuetae formae. Cf. Tab. II.

A. I. سبعماية Septingentesimo.
السلطان الملك Sultanus el-Melik
الكامل سيف الدنيا و el-Kamil, Seyfeddunja ved-
الدين ابن محمد ضرب din filius Mohammedi. Cusus
بدمشق سنة ست in Dimeschk anno quadragesimo
واربعين . . . . sexto; scilicet 746. — p. Chr. 1345.

A. II. usque ad: ارسلة

Supra: وما النصر الا من الله Et non obtinetur victoria nisi a Deo.

Apud Deguignium Zeineddin pro nostro Seyfeddin legitur.

No. 70. (Cl. XVIII. 93.)

AR. notabilis, consuetae formae.

